

H.C.

FLORULA ATACAMENSIS

SEU

ENUMERATIO PLANTARUM, QUAS IN ITINERE
PER DESERTUM ATACAMENSE

OBSERVAVIT


D^r. R. PHILIPPI

PROFESSOR ZOOL. ET BOTAN., DIRECTOR MUSEI NATUR. UNIVERSITATIS SANTIAGENSIS ETC. ETC.

CUM TAB. VI.

HALIS SAXONUM,
SUMPTIBUS EDUARDI ANTON.
1860.

PRESTON & BOUNDS CO.
BOTANICAL BOOKS
PROVIDENCE, R. I.



OK
264
P552
M.T.H.-L

A. S. Hitchcock
50¢

FLORULA ATACAMENSIS

SEU

ENUMERATIO PLANTARUM, QUAS IN ITINERE
PER DESERTUM ATACAMENSE

OBSERVAVIT

DR. R. PHILIPPI

PROFESSOR ZOOL. ET BOTAN., DIRECTOR MUSEI NATUR. UNIVERSITATIS SANTIAGENSIS ETC. ETC.

CUM TAB. VI.

HALIS SAXONUM,
SUMPTIBUS EDUARDI ANTON.
1860.

Handwritten text at the top left corner, possibly a page number or date, which is mostly illegible due to blurring and fading.

FLORULA ATACAMENSIS

SEU

ENUMERATIO PLANTARUM IN ITINERE PER DESERTUM ATACAMENSE OBSERVATARUM.

P R A E F A T I O.

In sequentibus paginis enumerationem omnium plantarum a me in vastissima et desertissima regione, quam desertum Atacama vocant, collectarum dedi. Extenditur haec regio a cuprifodinis, quibus nomen S. Bartolo, paulo magis septentrionalibus quam oppidum S. Pedro de Atacama usque ad flumen Copiapó, sive 22° 14'—27° 23' latit. australis, et a mari Pacifico usque ad gradum 68½ longitudinis a Greenwich computatae. In hoc vastissimo tractu terrae nostrae vix 400 species inveni, quarum 260 in libris, qui mihi suppetunt, descriptas non inveni. Genera 26 in flora Chilensi nondum observata erant, quorum nomina sunt: *Stichophyllum* Ph., *Microphytes* Ph., *Diazia* Ph., *Silvaea* Ph. inter Portulaceas; *Eulychnia* Ph. inter Cacteas; *Eremocharis* Ph. et *Domeykoa* Ph. inter Umbelliferas; *Urmenetea* Ph., *Chondrochilus* Ph., *Gypothamnium* Ph., *Oxyphyllum* Ph., *Jobaphes* Ph., *Polycladus* Ph., *Brachyandra* Ph., *Vazquezia* Ph., *Stevia* Cav. inter Synanthereas; *Centunculus* L., *Glaux* L. inter Primulaceas; *Varasia* Ph. inter Gentianeas; *Nama* L. inter Hydroleaceas; *Coldenia* L. inter Borragineas; *Dicliptera* Juss. inter Acanthaceas; *Rhopalostigma* Ph. et *Waddingtonia* Ph. inter Solanaceas; *Statice* L. inter Plumbagineas; *Croton* L. inter Euphorbiaceas; et *Pitcairnia* L'Hérit. inter Bromeliaceas.

In disponendis speciebus ordinem adoptavi, quem cl. Gay in compilatione Florae Chilensis (vide ejus „Historia fisica y politica de Chile“) secutus est, et plantas in hoc libro jam descriptas tantummodo nomine suo enumeravi, paginam dicti libri, ubi descriptio earum reperitur, laudans; novas species breviter tantum descripsi, sed, uti spero, modo sufficiente, ut a botanicis recognosci possint.

Distributio plantarum deserti Atacamensis inter familias suas e tabula sequente patebit, cui proportionem singularum familiarum in flora generali Chilensi adjeci, quo magis differentia appareat.

	In Fl. Atacam.	In Fl. Chilen.		In Fl. Atacam.	In Fl. Chilen.
	3 sp.	$\frac{3}{4}$ p. C.		3 sp.	$\frac{1}{8}$ p. C.
Ranunculaceae	3	$\frac{3}{4}$	Gentianeae	3	$\frac{1}{8}$
Berberideae	1	—	Bigoniaceae	6	$\frac{3}{8}$
Cruciferae	15	$3\frac{1}{2}$	Polemoniaceae	2	—
Capparideae	1	—	Convolvulaceae	3	$\frac{3}{4}$
Violaceae	3	—	Hydroleaceae	1	0
Polygaleae	1	—	Hydrophyllaeae	1	—
Frankeniaceae	2	—	Borragineae	16	4
Caryophylleae	7	$1\frac{3}{4}$	Labiatae	5	$1\frac{1}{4}$
Malvaceae	16	4	Verbenaceae	7	$1\frac{3}{4}$
Hypericeae	1	—	Acanthaceae	1	—
Malpighiaceae	3	—	Solanaceae	20	5
Vivianiaceae	1	—	Nolanaceae	13	$3\frac{1}{2}$
Oxalideae	8	2	Scrofularinea	11	$2\frac{3}{4}$
Lineae	1	—	Plumbagineae	2	—
Zygophylleae	2	—	Plantagineae	4	1
Terebinthaceae	1	—	Nyctagineae	1	—
Leguminosae	32	$7\frac{1}{2}$	Amarantaceae	1	—
Rosaceae	2	—	Chenopodiaceae	10	$2\frac{1}{2}$
Onagreae	1	—	Phytolaceae	1	—
Halorrhageae	1	—	Polygoneae	2	—
Lythraeae	1	—	Santalaceae	2	—
Cucurbitaceae	1	—	Euphorbiaceae	6	$1\frac{1}{2}$
Malesherbiaceae	4	1	Urticeae	1	—
Loaseae	5	$1\frac{1}{4}$	Piperaceae	1	—
Portulacae	21	5	Gnetaceae	1	—
Paronychiaceae	2	—	Juncagineae	2	—
Cactaeae	15	$3\frac{1}{2}$	Najadeae	2	—
Umbelliferae	11	$2\frac{3}{4}$	Bromeliaceae	3	$\frac{3}{4}$
Rubiaceae	1	—	Iridaeae	3	$\frac{3}{4}$
Valerianeae	1	—	Dioscorideae	3	$\frac{3}{4}$
Calycereae	1	—	Amaryllideae	4	1
Synanthereae	56	14	Liliaceae	3	$\frac{3}{4}$
Lobeliaceae	1	—	Asteliceae	1	—
Campanulaceae	1	—	Junceae	3	$\frac{3}{4}$
Primulaceae	2	—	Cyperaceae	11	$2\frac{3}{4}$
Apocynae	1	—	Gramineae	25	$6\frac{1}{4}$
Asclepiadeae	2	—	Filices	3	$\frac{3}{4}$

Sat multae plantarum familiae eundem quotientem in utraque flora ostendunt e. g. Leguminosae, Scrofularinea, Caryophylleae, Verbenaceae, Loaseae, Oxalideae, Labiatae, Cyperaceae, Junceae, Bromeliaceae, Iridaeae, Dioscorideae, Liliaceae, neque Gramineae deserti multum a proportione in flora Chilensi normali abhorrent. Sed desertum Malvaceis, Portulacaeis, Cacteis, Borragineis, etsi unice Coldenis, Heliotropis et Eritrichis compositae sint, Solanaceis, Nolanaceis, Chenopodiaceis et Euphorbiaceis multo magis abundat. Haec res partim in situ geographico, aequatori magis propinquo quaerenda est, etenim nemo ignorat Malvaceas, Solanaceas, Euphorbiaceas in zona torrida numerosiores esse, partim ex locorum natura pendere videtur, quod ex mea sententia praesertim de Cacteis et Chenopodiaceis (pariter in deserto Rossiae australis etc. frequentissimis) valet, sed etiam Cruciferas in deserto magis abundare miratus sum. Familiae in deserto maxime inopes specierum sunt: Ranunculaceae, Rosaceae, Umbelliferae, Rubiaceae, Valerianeae, Synanthereae, Amaryllideae et Filices. Nonnullas earum numero specierum in zona frigida vel temperata excellere et versus aequa-

torem celeriter decrescere scimus; Filices in locis tam aridis numerosas esse nemo expectabit, sed nullam rationem invenire possum, cur Synanthereae in deserto tantummodo 14 p. C. vegetacionis exhibeant loco 21 p. C., et cur Valerianeae in reliqua Chile numerosae, et Rubiaceae in zona torrida frequentes, unicam modo speciem mihi obtulerint. Nec minus singularis defectus omnium Orchidearum, omnium Myrtacearum, Rhamnearum, Saxifragearum (Escalloniae in Chile frequentes sunt), Tropaeolarum mihi videtur. Multa genera, speciebibus numerosis in Chile insignia, ne unam quidem speciem in deserto exhibent, ut *Mutisia* et *Gaium*; alia modo unam alteramve, uti *Calceolaria*, *Berberis*, *Acaena*. Genera speciebibus multis in deserto excellentia sunt: *Adesmia* (12 species), *Senecio* (11), *Cristaria* (10), *Calandrinia* (10), *Eritrichum* (9), *Oxalis* (8), *Echinocactus* (7), *Alona* (7). (In flora Chilensi jam cl. Gayo 113 *Seneciones*, 65 *Adesmiae*, 50 *Calandriniae*, 41 *Oxalides*, 40 *Baccharides*, 39 *Calceolariae*, 34 *Valerianae*, 32 *Chloraeae* innotuerunt). Propinquitatem zonae torridae inprimis *Cleome*, *Krameria*, *Dinemandra*, *Zuccagnia*, *Stevia*, *Ipomaea*, *Nama*, *Coldenia*, *Dicliptera*, *Croton*, *Pitcairnia*, *Tillandsia* indicant.

In flora deserti Atacamensis tres regiones distinguere debemus, nempe *litoralem*, *paposanam*, et illam *interioris deserti*. Plantae litorales nunquam late a mari vagantur, partes salinas seu aëris seu soli certumque humorem quaerentes. Nominè regionis paposanae declivè montium litoralium inter *Pan de azucar* 26°8' lat. mer. et *Miguel Diaz* 24°36' comprehendo, ubi in elevatione 500 ad 1000 pedum supra mare per novem anni menses nebulae frequentes pendunt pluviaeque tenues cadunt, quas Hispani „*garruga*“ vocant, non modo fonticulae frequentes in vallibus angustis, sed etiam vegetationem satis divitem inter rupes procreantes. Sed singulare admodum est, quod neque ad boream hujus regionis, neque ad austrum, ubi condiciones physicae orae eadem videntur, montes litoris aequo nebularum et pluviarum beneficio, et quod inde pendet aquis et vegetatione gaudent. Tertia regio partes interiores deserti amplectitur et plantas vel in lapidosis aridis et in detritu rupium, vel ad puteos paucosve rivulos, vel ad marginem ingentium lacuum vel paludum semisiccorum et sale repletorum crescentes exhibet; etiam andina vocari potest, propterea quod omnia haec loca jam magnam supra mare elevationem habent. Solum enim sensim sensimque ex abrupto declivi litorali usque ad altitudinem 10,000 vel 12000 pedum ascendit, et in ea altitudine per tres fere gradus longitudinis permanet donec sensim in valles provinciarum Catamarca et Salta descendit. In hoc immenso spatio nullum montium tractum, nullas valles profundas, nec longitudinales nec transversales, nullas portas, ut in *Alpibus*, *Pyrenaeis*, in *Andibus australioribus* invenis; per omnes directiones tibi ire liceret si aqua et pabulum mulis necessarium addesset, inter montes plerumque conicos solitarios vel confertos viam ad libitum eligenti. Neque differentia in constitutione telluris geologica est inter partem litoralem et centralem. At regiones botanicae, saltem in parte boreali deserti, valde distinctae sunt, fascia longitudinalis nempe satis lata, omni vegetatione expers, regionem interiorè a litorali dividit. In via, quae de *Botijas* ad *Imilac* conducit, per 25 leucas nullum plantarum vestigium inveniri mihi relatum est, idque libenter credo, propterea quod ipse inter *Cachinal de la Sierra* et *Aqua de Profetas* per spatium 10 leucarum omnino nullam plantam vidi. Versus meridiem vero regio tertia nostra cum regione litorali sese ex parte miscet, tum quod vapores e mari surgentes partim per valles latas de *Tartal*, *Pan de Azucar* et praecipue *Salado* dictas in interiora penetrant,

tum quod solum in universum austrum versus descendit; denique quod in hac regione jam nebulae nivesque paulo frequentiores sunt. Nihilominus differentiam inter floram regionis tertiae nostrae, si eam cum flora Andium Chilensium et Bolivianarum comparare vis, satis magnam invenies, uti e siccitate majore locorum illorum necessaria videtur.

Plantae, quae floram litoralem praecipue notant, hae sunt: quinque species *Menonvilleae*, duae *Frankeniae*, variae *Cristariae*, *Dinemandrae*, *Tetragoniae*, paucae *Calandriniae*, *Bustillosia*, variae *Closiae*, *Infantea*, *Encelia*, *Chuguiraga acicularis*, *Scytanthus*, octo species *Nolanacearum*, *Statice plumosa* Ph. etc. Fere omnes *Cactee* in hac regione, nonnullae etiam in sequente reperiuntur, et unice *Cereus atacamensis* Ph. et duae *Opuntiae* in regionibus interioribus observantur. Idem valet de *Pitcairniis* duabus (*Chaguar* incolarum.) Arborem fruticemv altiore frustra quaeris.

Regio secunda, quam *paposanam* dixi, cum duabus reliquis comparata fertilis vocari potest, numerosasque plantarum species alit, inter quas nonnullae florum magnitudine et pulchritudine excellunt ornamentumque haud spernendum nostrorum hortorum forent; tales e. gr. sunt *Ledocarpum pedunculare*, *Psoralea azurea* Ph.; *Argylia pubescens*, *Salvia tubiflora*, *Sorema elegans* Ph. etc. Hic crescunt: *Cleome chilensis*, variae species *Arenariae*, omnes foliis stipulatis munitae, quarum una radicem saponariam, ab incolis sedulo ad lavandos pannos petitam, producit, *Malvaceae* numerosae, fere omnes e genere *Cristaria*, *Hypericum* n. sp., *Ledocarpum* flore pulchro aureo emicans, *Oxalides* numerosae, et inter illas singularis illa *O. gigantea* Barn. frutex orgyalis; *Linum* n. sp.; *Trifolium* n. sp. floribus purpureis sat venustum, *Lotus subpinnatus*, in tota Chile frequens, *Psoralea* floribus pulcherrimis azureis ornata, *Viciae* duae, *Cassia*, *Steviae* duae, generis e Chile exsulis, *Seneciones* nonnullae, *Centaureae* duae fruticosae, quae tamen pulchritudine *C. chilensis* provinciarum centralium vincuntur; *Centunculi* species nova, *Microcala*, exillis *Gentiana* flore luteo, usque ad *Valdiviam* frequens, *Erythraea*, a communi *E. cachenlagua* distinguenda, *Nama* n. sp. e familia *Hydroleacearum*, hucusque in Chile nondum observata, varia *Heliotropia*, omnia frutices floribus fragrantibus, numerosa *Eritricha*, *Salviae* duae, inter quas *S. tubiflora* floribus magnis coccineis excellit, variae *Verbenae*, *Ipomaea* sp. n., *Nicotiana solanifolia*, species gigantea, *Montea* et *Reyesia*, *Bignoniaceae* duae aliquantum abnormes, nec non *Argylia puberula* in hortos nostros transferenda, duae species *Schizanthi*, tres *Calceolariae*, *Plumbago caerulea*, *Plantagines* nonnullae, *Oxybaphus* quidam, *Telanthera junceiflora*, haud ignobilis, *Ercilia volubilis*, celebrem poetam, qui bellum Hispanorum cum Araucanis cecinit, memoriae commendans, quae a Peruvia usque ad finem provinciae *Valdiviae* in diversissimis locis occurrit, duo *Quinchamalicia*, *Euphorbia*, fruticosa quaedam orgyalis, quae incolis *Lechera* audit, unde eam *lactifluam* nuncupavi, *Crotonis* sp. nova, pariter frutex orgyalis; *Chiropetalum* sp. n., *Peperomia* sp. n., *Tillandsia humilis*, *Dioscoreae* nonnullae, *Iridea* quaedam mihi ignota, *Scilla*, *Leucocoryne* n. sp., *Amaryllideae* duae, *Cumingia campanulata*, cujus bulbi cocti, vulgo *papitas del campo*, cibus palato gratus sunt, varia *Gramina*, denique *Filices* duae, ex reliquis regionibus omnino exsules. Plantae florum tropicam indicantes, quas supra enumeravi, omnes hujus regionis sunt.

Arbores indigenas non producit, sed fructiferae variae ad aquas satae bene prosperant, et si habitantibus aliqua inesset industria multo numerosiores forent. Sic vidi *Prosopis stiquastrum*, „*Algarrobo*“ Chilensium, *Ficum Caricam*, *Pyrum communem* et *Persicam vulgarem*;

priorem et ultimam unico loco. *Gourlicam chilensem*, *Chañar* incolarum, unde tot locis nomen *Chañaral*, nullibi in regione litorali crescere admiratus sum. Variæ plantæ europææ patriam alteram in hac regione invenerunt, ibique frequentissimæ et lætissimæ crescunt. Inter eas agmen ducit *Sinapis nigra*, tam abundans, ut florens fasciam latam auream in declivi montium litoralium formet, navigantibus jam e distantia conspicuam. *Erodium moschatum* vel *cicutarium* (*Scandix chilensis* Molina sic!) *Alfilerillo* Chilensium, et *Avena hirsuta* Roth, vix minus frequentes sunt, quam in provinciis chilensibus centralibus. Fere omnia arbusta lichēnibus densa oblecta sunt, aëris humorem continuum demonstrantibus.

Plantæ regionis tertiæ, quas præsertim deserticolas vocare possumus, potissimum hæc sunt: Duæ species generis *Sida*, caespitem densissimum, compactum formantes, ut *S. compacta* Gay provinciarum centralium, *Sida andicola*; variæ species *Oxalidis*, aequæ caespitosæ, *Adesmiæ* numerosæ, spinosæ et inermes, duæ *Zuccagniæ*, *Cassia* quædam depauperata, *Malesherbiæ* tres species, *Huidobriæ* duæ, quarum altera fruticosa, unicum fruticis inter *Loasæ* exemplum, *Calandrinia* permultæ, *Silvææ* plures, novum genus *Portulacæarum*, habitu *Amarantacearum* æmulans, *Opuntia*, una alterave, *Mulinum* unum, *Gymnophyta* duo, duæ *Umbelliferae* novæ, una, *Eremocharis* mihi, frutex, altera, *Domeykoa* mihi, planta annua, humifusa, ad modum variarum *Bowlesiarum*; *Boopidis* species caespitosa, sicut illa ab infelice *Wilibaldo Lechler* in freto Magellanico detecta, *Baccharis Tola* Ph., *Haplopappus rigidus* Ph., *Seneciones* multi, *Artemisia* sp. n., fere omnia genera nova e familia *Synantherearum*, quæ supra enumeravi, *Argylia* species tres, *Eutoca* n. sp.; *Phacelia* n. sp.; multa *Eritricha*, et inter ea *E. gnaphaloides*, cujus foliis incolæ loco *Theae chinensis* et pro remedio utuntur, unde illi nomen *Te del campo* et *Te del burro*; *Verbenæ* nonnullæ, *Lippia trifida*, frutex fragrantissimus, duæ *Fabianæ*, variæ *Nicotianæ*, unum *Lonchestigma*, duæ species *Rhopalostigmatis*, n. generis, quod pro fruticibus nonnullis humilibus, foliorum minorum, inter *Atropas* et *Lycia* intermedium constitui, *Lycia* tria, *Salpiglosses* duæ, *Atriplices* quinque, *Ephedra andina* etc. Ad margines aquarum duæ species *Triglochinis*, varii *Junci*, *Heleocharis*, *Isolepidis*, *Scirpi*, *Distichlis thalassica*, *Polypogoni* sp. duæ novæ, *Catabrosa*, *Festuca*, *Poa*, *Agrostis* species, *Pratiæ* spec. nova, et *Oxychloe*, genus novum singulare *Astelii* forte affine, crescunt. Gramina potius rara sunt, neque usquam caespitem nedum pratium formant, sed rivulus *Zorras* dictus per duas leucas nova specie e genere *Deyeuxia*, *D. robusta* mihi, quæ habitum *Deschampsia* ostendit et interdum ad orgyalem altitudinem crescit, cinctus est, et mons *Alto de Puquios*, quem 12000 p. s. m. elevatum esse existimo, *Stipam frigidam* m. abundanter gignit. In margine immensæ paludis salisæ, quæ de *Atacama* nomen habet et 7000 p. s. m. sita est, *Salicorniam* et novam speciem *Glaucis* inveni et ad flumen *Atacama* pulcherrimum *Gynerium Quila*. Nullibi in hac regione *Flicem*, *Muscum*, *Lichenem* vidi.

Prope oppidum *Atacama* et imprimis in valle fluminis ejusdem nominis *Prosopis siliquastrum*, *Gourlicæ chilensis*, *Pyrus communis*, *Ficus Carica* et *Vitis vinifera* frequentes sunt, et in horto *Chañaral bajo* dicto, qui oasis deserti, sed jam modo 4200 p. s. m. situs, præterea *Juglandes*, *Persicæ*, *Salicæ Humboldtiana* et *Dawsoni* erenata Ph. coluntur, ibique — unico deserti loco — *Acaciam Caveniam* vidi, sed proprie desertum nullam arborem gignit. Frutices vero et potissimum suffrutices frequentissimæ sunt; omnium altissima *Lycium horridum* Ph., *Calpichi* incolarum est, ad 9 pedes crescens, paulo humiliores sunt *Atriplex deserticola* Ph.

Cachiyuyo, et *Ephedra andina*, *Pingopingo* incolarum, frutices orgyales. Vix ulla plantarum deserti colore laete viridi oculos laetificat, fere omnes cinerae aut viridi-luteae sunt, et per multae glutinosae, resinosae, graveolentes et spinosae offenduntur. Nonnullae foliis minimis innumeris, fasciculatis omnino obtectae sunt ad instar musci cujusdam vel ad nistar *Saxifragae bryoidis*, Alpium europaearum incolae, sic *Ricaria* Indorum Atacamensium (*Lippia trifida* Gay), *Verbena bryoides* et *Fabiana bryoides* m. Paucae illae species, quae in cacuminibus montium crescunt, sicut plantae Andium celsarum, caespites densos semiglobosos formant e. gr. *Sida megalorrhiza* Ph. etc.

Cum vegetatio deserti parcissima sit, non admirandum est, multas plantarum species unico vel paucis locis peculiare esse, ita ut eas aliis etsi propinquis locis non offenderim, imo unius alteriusque plantae unicum specimen inveni, uti *Sidam* istam *megalorrhizam*, *Malesherbiam deserticolam*, *Cassiam miseram*. Pari modo omnes montes elevatiores multo plures species angustis limitibus circumscriptas alunt quam colles vel planities.

Nullam plantam vidi, qua homo vesci possit, si bulbos *Papita del campo* dictos *Cumingiae campanulatae* excipis, nam fructus *Ephedrae* istius supra dictae et *Lycii* humilis, *Jume* ab incolis vocati, etsi edules, parvi momenti sunt. Sed fortasse *Tetragoniae* annuae partis litoralis uti spinacia coctae aequo modo ac *Tetragonia expansa* commedi possunt. Medullam quoque caulis *Pitcairniae* cujusdam, *Chagual* dictae, incolae comedunt, quam ob rem nullam locis accessibilibus florentem vidi. Etiam mulis, animalibus, qui alimentum rudissimum haud spernunt, pabulum parcissimum in deserto; gramina, ubi sunt, praeferunt, sed libenter fame coacti etiam *Juncos*, *Cyperos*, *Scirpos* comedunt, nec non *Atriplices* et *Ephedram*. In annis siccioribus ob deficientem vegetationem vita caprarum et asinorum, de quibus existentia incolarum litoralium pendet, periclitatur; tunc hominibus, adnotis ad *Cactos* et *Pitcairniae* ramulis folisque sicis ignem accendere necesse est, quo facto spinae harum plantarum comburuntur, ita ut caprae asinique eas depascere possint.



Flora Deserti.

Ranunculaceae.

1. *Ranunculus bonariensis* Poir. Gay I. p. 35.
In litore lacus salis Atacamensis ad 7400 p. s. m., rarus.
2. *Ranunculus microcarpus* Presl. Gay I. p. 46.
In fonte prope Paposo, satis frequens.
3. *Ranunculus exilis* Ph. R. parvus, glaberrimus, stoloniferus; radicibus fibrosis; foliis radicalibus longe petiolatis, crassis, enerviis, tripartitis, lacinia media cuneata, obtusa, apice saepe tridentata, lateralibus bi-vel tripartitis, obtusis; pedunculis radicalibus, folia aequantibus; sepalis quatuor vel quinque, ovatis, coloratis; petalis totidem, luteis, sepala aequantibus; fructibus globosis; carpellis numerosissimis, inermibus, longitudinaliter rugosis, uncinato terminatis, stylo brevi.

Ad rivulum calidum vallis Zorras dictae, ad altitudinem 11000 p. s. m. inveni. Plantula modo pollicaris; lamina folii vix 3 lin. longa, pedunculus petiolo crassior; diameter floris 4 lin., fructus 2 lin. — Affinis est *R. stenopetalus* Hook., sed foliorum lacinias obtusis, enerviis, stylis brevibus, carpellis numerosioribus etc. facillime distinguitur.

Berberideae.

4. *Berberis litoralis* Ph. B. spinarum tripartitarum ramis subaequalibus, angustis, divaricatis; foliis subsessilibus, coriaceis, ovatis vel obovatis, mucronatis, interdum apice tridentatis, caeterum integerrimis; racemis folium aequantibus, fere usque ad medium nudis; floribus . . . ; fructu caeruleo, stylo satis longo terminato.

Ad aquam Miguel Diaz dictam in litore deserti Atacamensis circa 24 $\frac{1}{2}$ lat. mer. ad c. 860 p. s. m. arbusculas duas orgyales inveni.

Folia majora 28 lin. longa, 11 lin. lata sunt; spinae modo 8 lin. — Ab B. flexuosa R. et P. III. tab. CCLXXXI. a, cui similima, differt: spinis minoribus, ramis haud flexuosis, ad nodos haud incrassatis foliis majoribus, haud glaucis, apice saepe tridentatis. B. latifolia R. et P. floribus haud racemosis spinisque minutis valde recedit.

Cruciferae.

5. *Nasturtium anethifolium* Ph. N. glaberrimum, caule suffruticoso, erecto, ramosissimo, flexuoso, glauco; foliis pinnatis, pinnulis subtrijugis elongatis, filiformibus; floribus parvis, albidis; corolla calycem violaceum parum superante; siliquis elongatis, a basi ad apicem sensim angustatis; stigmatibus sessilibus.

In valle las Animas dictae regionis litoralis, ad circa 26°20' lat. mer. legi; incolis Mostacilla audit.

Planta 1—1 $\frac{1}{2}$ pedalis, valde ramosa, ramis erectis; folia inferiora 24 lin. longa, pinnulae, quae cum petiolo angulum peracutum formant, 8 lin. longae, sicut petiolus $\frac{1}{2}$ lin. latae ac crassae; illae foliorum superiorum minores et multo tenuiores. Sepala 1 lin. longa. Siliqua 9—10 lin. longa, 1 lin. lata, pedunculo 3 $\frac{1}{2}$ lin. longo, patulo insidens, erecta. Semina biserialia, pleurorrhiza.

6. *Sisymbrium? carnosulum* Ph. S. glabrum; caule suffruticoso, erecto, ramoso, foliis carnosissimis, pectinato-pinnatis, pinnis divaricatis, linearibus, obtusis, integris vel lobulo uno alterove actis; floribus parvis, albidis, distantibus; siliquis elongatis, a basi ad apicem sensim angustatis; stigmatibus crasso, sessilibus.

In valle Cachinal de la Costa dicta, ad c. 26°5' lat. merid., 2 leucas a litore et c. 1700 p. s. m. satis frequens est.

Folia 10—12 lin. longa, 4 $\frac{1}{2}$ lin. lata; pinnulae 3—4 jugae, aequae latae ac petiolo communis; racemi denum elongati, pedunculi 4 lin. longi; siliquae 10 lin. longae, vix ultra 1 lin. latae. Sepala violacea, longa; petala centro violacea, margine alba, sensim in unguem attenuata, aequales vel bis calycem 1 $\frac{1}{2}$ lin. longum aequant. Semina biserialia, notorrhiza.

7. *Sisymbrium? strictum* Ph. S. caule erecto, pilis ramosis alisque glanduliferis vestito, ramoso, stricto; foliis canis, pinnatifidis; pinnis obtusis, rotundatis, integris vel incis; corymbo denum valde elongato, multifloro; floribus parvis luteis; corolla calycem superante; siliquis pubescentibus strictis, linearibus, utrinque aequalibus, longitudine latitudinem quinque aequante; stigmatibus sessilibus. Semina biserialia, notorrhiza.

In valle Sardon dicta, ad 25^{94'} lat. merid. et circa 9500—10000 p. s. m. frequens erat.

Planta 1—2 pedalis, annua vel biennis videtur; folia 12 lin. longa, 3¹/₂ lin. lata; siliquae 5 lin. longae, 1 lin. latae, pedunculo 2—2¹/₂ lin. longo insidentes; calyx vix 1 lin. longus.

8. *Sisymbrium sagittatum* Hook. Gay I. p. 124.

Ad Paposo in litore deserti in altit. circa 500 p. s. m. frequens conspicitur.

9. *Sisymbrium niveum* Ph. S. fruticosum, pilis valde ramosis, confertissimis niveo-incanum; foliis confertis, sessilibus, oblongolincaribus, obtusis, integerrimis; racemis basi foliatis; pedicellis brevibus; siliquis linearibus torosis; stylo indiviso omnino sessili; seminibus fusco-griseis.

Vide Tab. I. Fig. A. 1. siliqua aperta et aucta, ut dispositio seminum appareat. 2. semen magn. natur. 3. idem auctum. 4. embryo auctus, 5 pili aucti.

Prope aquam Doña Ines dictam ad 25^{55'} et 7000 p. s. m. inveni. — Fruticulus vix pedalis; folia 7 lin. longa, 1¹/₂ lin. lata, pannosa; pedicelli 1¹/₄ lin. longi, siliquae 9 lin. longae, 1¹/₂ lin. latae. Flores non vidi. —

10. *Sisymbrium amplexicaule* Ph. S. suffruticosum, glaucum, plus minusve pubescens; foliis ovatis, basi sagittatis, semiamplexicaulis, dentatis; pedicellis calyce brevioribus; sepalis oblongis, obtusis; petalis luteis staminibusque calycem parum superantibus; stylo distincto.

Variis centri deserti Atacemensis locis e. gr. ad aquam Varas 24^{35'} lat. mer. et 9700, ad Pajonal 23^{46'} lat. mer. et 10400 p. s. m., inter Zorras et Barrancas Blancas in valle Encautada 8000 p. s. m. obvia est; incolis Chuchar audit.

Caules pedales, saepe valde ramosi; pili bis, ter vel quater ramificati, breviores quam in antecedente. Folia 5 lin. longa, interdum intermedia aequant, interdum iis minorasunt; dentes utrinque circa 4 ostendunt. Flores sub initio corymbosi; calyx 2¹/₂ lin. longus; petala primum citrina, deinde atropurpurea; stamina petalis aequalia, stylus brevior, in siliqua matura fere 1¹/₂ lin. longus. Haec 6 lin. longa, fere cylindrica et glaberrima est.

Vide Tab. I. fig. B. 1. flos. 2. sepalum auctum, 3. petalum auctum, 4. stamen auctum, 5. siliqua aperta et aucta 6. semen magn. nat. 7. idem auctum. 8. embryo, † radícula, 9. pili aucti.

11. *Brassica nigra* (Sinapis n. L.) Gay I. p. 140. Frequentissima in declivi litorali prope Paposo, ita ut, dum floret, colles a mari inspecti fasciam luteam oculis exhibeant, ad altitudinem organalem crescit, et ab incolis loco straminis ad tegenda tuguria adhibetur.

12. *Schisopetalum Gayanum* Barn. Gay I. p. 145.

In arenis litoralibus portus Calderae legi.

13. *Matthestia? incana* Ph. M. fruticosa, incana; foliis elongato-linearibus, basi sensim attenuatis, integerrimis

confertissimis; racemis abbreviatis, aphyllis; pedicellis 3—4 lin. longis; corolla albidâ? calycem bis aequante.

Ad aquam Cachinal de la Costa crescit.

Caulis 1¹/₂ pedalis; folia usque ad 24 lin. longa, 1¹/₂ lin. lata; calyx clausus 3¹/₂ lin. longus, sepalis oblongis; petala 8 lin. longa, oblonga, sensim in unguem angustum laminam aequantem attenuata. Filamenta filiformia, calyci aequalia, antherae lineares, basi sagittatae; ovarium calycem dimidium aequat, stigma sessile capitatum vix bilobum est. Siliqua immatura 10 lin. longa, 1¹/₂ lin. lata, sensim angustata; dissepimentum latum; ovula biserialia. Semina matura non vidi.

14. *Lepidium spathulatum* Ph. L. suffruticosum, erectum, ramosissimum, pubescens; foliis inferioribus spathulatis, inciso serratis, caulibus oblongis, subsessilibus; racemis elongatis; petalis calycem aegre superantibus; siliculis patulis, ovato-orbicularibus, glabris, excisis, stylo lobos terminales siliquae aequante coronatis.

Ad Cachinal de la Costa et Paposo occurrit.

Planta bipedalis et major. Folia inferiora fere 2 poll. longa, 7 lin. lata, dentibus utrinque 9—12; pedicelli fructiferi 3¹/₂ lin. longi; siliculae 2¹/₂ lin. longae ac latae.

15. *Hexaptera frigida* Ph. H. perennis, erecta, glabra, valde foliosa; foliis coriaceis, lanceolato-linearibus, acutiusculis; racemo terminali, denso, multifloro; pedunculo in fructibus maturis styllum aequante.

In valle Rio Frio dicta ad e. 24^{50'} lat. mer. et 10500 p. s. m. specimina duo inveni. Caulis 3¹/₂ poll. altus, folia 10 lin. longa, 1¹/₂ lin. lata, pedicelli fructuum maturorum 3¹/₂ lin. longi. — Differt ab *H. lineari* Barn. caule polyphylo, racemo multifloro compacto, pedunculis elongatis etc.

16. *Menonvillea parviflora* Ph. M. ramosissima, demum glabra, foliis linearibus elongatis, infimis pinnatifidis, racemis elongatis; rhachi recta; petalis calycem vix superantibus.

In valle Cachinal de la Costa dicta ad e. 26^{94'} lat. mer. et 1700 p. s. m. legi.

Planta 9—12 poll. alta, cum *M. pinnatifida* Gill. foliis infimis pinnatifidis quidem convenit, sed foliis superioribus indivisis, integerrimis, multo longioribus differt. Folia enim 24 lin. longa, 1 lin. lata, adulta glaberrima, novella modo farinoso-tomentosa; rhachis recta, quae in *M. pinnatifida* exquisite flexuosa?; flores denique minores, calyx modo 1¹/₂ lin. longus (in illa 2¹/₄ lin. longus). Ab *M. lineari* DC. et filifolia Fisch. et Meyer praeter folia infima pinnatifida caule ramosissimo etc. abunde differt. Fructus non vidi. Annua videtur.

17. *Menonvillea Gayi* Ph. M. annua, ramosa, glabra; foliis linearibus, fere filiformibus, basalibus pinnis una alterave auctis, floribus corymbosis, minutis; siliculis orbicularibus, late alatis, utrinque emarginatis, dorso valde elevatis, granuloso-rugosis.

*) Hic character a cl. Earmoud omissus *M. pinnatifidam* egregie distinguit.

In valle las Animas dicta legi (A cl. Gay prope Arqueros lecta sub nomine Lepidii nr. 1036. in herbario relicta erat.) Planta humilis, annua, vix 6-pollicaris, a M. lineari DC. et filifolia F. et M. caule valde ramoso et floribus minutis, nec non foliis inferioribus saepe trifidis vel pinnatis, a M. parviflora nostra floribus minoribus corymbosis, foliis minoribus etc. differt. Folia enim modo 9—12 longa, $\frac{3}{4}$ lin. lata; calyx $\frac{3}{4}$ lin. largus, corolla $\frac{5}{4}$ lin. longa; diametros siliculae $1\frac{1}{2}$ lin.

18. *Menonvillea orbiculata* Ph. M. rufitricosa, ramosa; ramulis folisque novellis albo-tomentosis; foliis inferioribus pinnatis et trifidis, superioribus indivisis, linearibus, elongatis; racemis elongatis, floribus mediocribus, petalis calycem bis aequantibus; siliculis orbiculatis, late alatis, dorso parum elevatis, laevibus.

Prope Caldera in arena litoral legi.

Multo magis tomentosa est quam M. parviflora, sed magis viridis quam M. pinnatifida Barn., inter quas medium tenet. A M. pinnatifida praeterea rhachi recta, minime flexuosa, fructibus orbiculatis neque ovatis, late alatis, tubercula nulla ad ambitum dorsi gerentibus valde differt; a parviflora vero pubescentia majore floribusque duplo majoribus; et a M. Gayi denique fructibus majoribus, dorso vix elevatis facile distinguitur. Caulis 12 poll. altus, folia saepe 24 lin. longa, $\frac{3}{4}$ lin. lata; calyx $1\frac{1}{2}$ lin., silicula 2 lin. longa.

19. *Menonvillea aptera* Ph. M. annua, ramosa, glabra; ramis erectis, strictis; foliis lineari-filiformibus, inferioribus pinnatis; racemis elongatis strictis; floribus minutis; petalis calycem bis aequantibus; siliculis parvis, rugoso-tuberculatis, fere apteris.

Ad aquam del Clerigo dictam prope Hueso parado ad c. 25°26' lat. merid. et 1200 p. s. m. legi.

Planta 6—8-pollicaris; folia inferiora fere omnia ceciderant et dente uno alterove in formam pinnulae aucta fuisse videntur, superiora 15 lin. longa, $\frac{1}{2}$ lin. modo lata; racemus longissimus; calyx 1 lin., corolla $1\frac{1}{2}$ lin. longa; diametros siliculae vix 1 lin. Ab omnibus speciebus fructu fere aptero distinctissima est.

Capparideae.

20. *Cleome chilensis* DC. Gay I. p. 187.

In litoral deserti Atacamensis a Hueso parado usque ad Miguel Diaz per spatium gradus latitudinis frequens est.

Violaceae.

21. *Viola Asterias* Hook. et Arn. Gay. I. p. 219. var. glaberrima. In arena litoral ad Caldera partem oppidi Copiapó frequentem legi. Differt a specimenibus normalibus glaberrimae perfecta omnium partium, glandulis oblongis castaneis saepe marginem foliorum subtus, nec non marginem sepalorum occupantibus. — Lapsa calami, ut pnto, cl. Gay gradum 34 pro limite australi

et gradum 32 pro limite boreali hujus speciei satis polymorphae indicat; nam in herbario specimen ab ipso prope Sta Barbara, fere ad gradum 38 sitam, lectum servatur, aliaque ab ipso ad Arqueros lecta (sub 29°50'.)

22. *Viola litoralis* Ph. V. annua, acaulis, rosulata; foliis lineari-lanceolatis, acutis, glabris, in petiolum longum, margine albo-ciliatum attenuatis; pedunculis glabris, folia aequantibus; floribus violaceis.

In arena litoral ad Tartal c. 25°26' lat. mer. specimen aliquot inveni. — Diametros caespitum 2 pollices est, lamina foliorum 3 lin. longa, $1\frac{1}{2}$ lin. lata, petiolo aequalis. Calyx $1\frac{1}{2}$ lin. longus, margine late scariouso, dorso pilis latis albis ut in V. Asteria genuina vestitus; corolla 3 lin. longa; calcar obtusum quidem, sed longe magis productus quam in illa, a qua jam caespite densissimo et petiolo longo foliorum facili negotio distinguitur.

23. *Viola frigida* Ph. V. annua, acaulis, rosulata; foliolis oblongis acutiusculis, margine exquisitè sinuatis, in petiolum longum attenuatis, incano-pubescentibus; pedunculis folia subsuperantibus; corolla violacea.

Fissurae rupium trachyticarum prope Rio Frio (24°50' lat. mer. et 10600 p. s. m.) pauca specimen obtulerunt. Rosulae diametram 18 lin. habent; folia circa 3 lin. longa, $1\frac{1}{2}$ lin. lata, petiolus eorum 5—6 lin. longus. Lamina utrinque quatuor lobulos ostendit; pagina inferior et superior interdum resinam luteam per poros lineares emitit. Lobi calycis $1\frac{1}{4}$ longi, lineares, acuti, margine angusto albo, scarioso muniti et pilis albis hispidi. Semina oblonga, albidia, fusco marmorata. Corolla calyce vix duplo major; petala duo superiora perangusta, alba, medio atrocerulea; mediana vix latiora, albidia; inferum cordatum basi lutescens, apicem versus pallide violaceum, venis caeruleis.

Polygaleae.

24. *Krameria Iluca* Ph. Kr. frutescens, humilis; pilis brevissimis albo-sericeis; foliis crassis, ovatis, acutis; calyce quadrisepalo; petalis superioribus sublanceolatis, purpureis, centro luteis, inferioribus brevibus, transversis, extus tuberculatis, retusis, centro subdentatis; germine subgloboso, haud emarginato; staminibus tribus.

In aridis deserti inter S. Pedro de Atacama et S. Bartolo, c. 22°20' lat. m. et 7500 p. s. m. Incolis Iluca audit, sed pro medicinali haberi non videtur.

Caulis vix 1-pedalis, satis ramosus. Folia $2\frac{1}{2}$ lin. longa, $1\frac{1}{2}$ lin. lata, basi haud attenuata. Pedunculus infra florem bracteolis duabus linearibus fultus. Sepala (petala R. et P.) 4—4 $\frac{1}{2}$ lin. longa, lanceolata, acuminata, extus sericea, e viridi rubra, intus glabra, pulchre purpurea, par laterale magis tenerum. Petala (nectaria R. et P.) superiora fere 3 lin. longa, approximata, apice triangulari in basin duplo longiorem sensim attenuato; apice purpurea, centro lutea, basi pallide rosea. Petala inferiora trans-

versa, carnosa, extus fere verrucosa, truncata et medio subdentata, intense purpurea, ovarium arcu cingunt. Stamina tria, deficiente inferiore, conniventia, petala majora aequantia; filamenta satis crassa, purpurea. Germen subglobosum, villosum, album; stylus ascendens, stamina aequans, purpureus, sensim attenuatus, stigma minimum, bilobum.

Differt a *Krameria triandra* (secundum figuram a cl. Ruizio et Pavonio datam) foliis duplo minoribus, basi haud attenuatis, sepalis duplo minoribus; germine haud emarginato, stylo plantae pubescente, forma petalorum inferiorum. In figura etiam alba pubescens est, sed in descriptione sericea dicitur.

Frankeniaceae.

25. *Frankenia Nicolettiana* Gay l. p. 248.

In arena litorali ad Caldera, portum Copiapinum rara non est.

26. *Frankenia aspera* Ph. Fr. ramosissima, pilis patentibus, brevissimis, albis dense hirta; foliis ovatis, margine revolutis, brevissime petiolatis, petiolo valde ciliato; calyce hirtello; stigmatibus trilobis, lobis brevibus, vix $\frac{1}{6}$ styli aequantibus.

In arena litorali deserti Atacamensis ad Paposo 250 lat. mer. colligi potest. — Differt a Fr. erecta Gay pubescentia densissima, hirta, etc., a Fr. Nicolettiana Gay pubescentia densa, foliis aequaliter hirtis etc., a Fr. chilensis Presl. stylo diviso.

Caryophylleae.

27. *Stellaria cuspidata* W. Gay l. p. 264.

In regione fertiliore litoris prope Paposo, Miguel Diaz etc. reperitur.

28. *Arenaria denticulata* Ph. A. annua? pubescens, dichotoma; foliis stipulatis, lineari-filiformibus, aristatis, internodia aequantibus; stipulis latis, scariosis, bipartitis; floribus axillaribus terminalibusque; sepalis lanceolatis, acuminatis, medio viridibus; lateribus eorum late scariosis, et ante apicem in dentes 1—2 terminatis; corolla alba, calyce minore.

Specimen ad Cachinal de la Costa (26°4' lat. mer. 1740 p. s. m.) lectum servo. — Ab A. media, grandi et rubra corolla alba, calyce minore et sepalis apice denticulatis differt. Caulis 4" longus, folia 10 lin. longa, vix $\frac{1}{2}$ lin. lata; pedicelli 4—6 lin. longi, sepala $2\frac{1}{2}$ lin. Capsula (immatura) ovata.

29. *Arenaria stenocarpa* Ph. A. suffruticosa, puberula, nodosa, ramosissima; foliis stipulatis, anguste linearibus, glabris, mucronatis; floribus paniculatis; sepalis oblongo-lanceolatis; petalis calyce minoribus; capsula oblonga, calyce superante.

Prope aquam del Clerigo ad Hueso parado 25°26' lat. mer. 1200 p. s. m. legi. — Caulis sex ad septem poll. longus, $\frac{1}{2}$ lin. crassus, ramosus, sed non dichotomus, puberulus, praesertim in pedunculis, ad nodos

tumidus. Folia 8 lin. longa, $\frac{1}{2}$ lin. lata, internodiis plerumque paulo breviora sunt. Pedicelli calyce $1\frac{1}{2}$ lin. longum superant; petala persistent; capsula angusta $2\frac{1}{4}$ lin. longa, albidis dentibus nigris; semina plurima, minuta, nigra, nitidissima, immarginata.

30. *Arenaria teretifolia* Ph. A. suffruticosa, caulis erectis, ramosis, pubescentibus; internodiis approximatis; stipulis scariosis, triangularibus, laceris; foliis crassis, teretibus, obtusis, in petiolum brevissimum attenuatis, glabris; floribus cymosis, pedunculis brevibus, calyce glabrum haud superantibus; sepalis oblongis obtusis, exterioribus herbaceis, interioribus margine tenui scariosis; petalis sepalis vix aequantibus; stylis subexsertis.

Ad Cachinal de la Costa cum A. denticulata inveni. Caulis 3—6-pollicaris; internodia circa 3-linearia; folia $2\frac{1}{2}$ —3" longa; calyx vix 2 lin. longus; capsula trivalvis.

31. *Arenaria lignosa* Ph. A. fruticosa, caulis usque ad 3 lin. crassis, cinereis; ramulis dense puberulis; foliis stipulatis, brevibus, linearibus, acutiusculis, internodia dimidia aequantibus, stipulis connatis, folia subaequantibus; cymis terminalibus, parvis; pedunculis calyce campanulatum, glabrum vix aequantibus; sepalis rigidis marginatis; petalis $\frac{2}{3}$ sepalorum aequantibus; stylis inclusis.

In tractu aliquantulum fertili a Cachinal usque ad Paposo deserti occurrit, et hujus radix, ni fallor, ab incolis et ab Indiis Atacamensis ab lavandis pannos et lintea loco saponis adhibetur. Caulis 1-pedalis et major, folia modo 2 lin. longa, $\frac{1}{2}$ lata; calyx $1\frac{1}{2}$ lin. longus.

32. *Arenaria rivularis* Ph. A. glaberrima; caulis humilibus, repentibus, caespitosus; foliis exstipulatis, confertis, carnosius, oblongo-linearibus, internodia superantibus; floribus plerumque solitariis, terminalibus, sessilibus, fere involucreatis, sepalis oblongis, acutis; petalis oblongis, obtusis, calyce superantibus; stylis erectis.

Ad aquam Varas dictam 24°38' lat. mer. c. 9700 p. s. m. ad latera rivuli in caespite latet, aliisque locis similibus occurrit. Caulis 1— $1\frac{1}{2}$ poll. longi, folia $1\frac{1}{2}$ longa, $\frac{1}{2}$ lin. lata, sepalia 1 lin. longa. Differt ab A. serpylloidi Naud. foliis angustis floribusque solitariis in apice ramulorum.

33. *Drymaria poposana* Ph. Dr. annua, caule erecto, glutinoso, dichotomo; foliis ovatis, radicalibus in petiolum attenuatis, obtusiusculis, superioribus sessilibus, supremis cordatis, acuminatis; panicula dichotoma; pedicellis calyce brevioribus; petalis calyce aequantibus.

Prope Paposo, in valle Tartal aliisque locis ejusdem regionis crescit. Caulis 6—9-pollicaris; folia infera macroscencia, approximata, superiora valde distantia; radicalia $4\frac{1}{2}$ lin. longa, $1\frac{1}{2}$ lin. lata, caulina superiora 7 lin. longa, $5\frac{1}{2}$ —6 lin. lata; pedunculus communis elongatus; calyx 2 lin. longus; stylus brevis, calyce aequans; stigmata reflexa; capsula matura calyce brevior; persistentia bifida. — Differt a Dr. apetala Bartl. praes-

sentia petalorum, caule viscoso, foliis, ut videtur, latoribus; a Dr. grandiflora Bartl. foliis floribusque minoribus, hisque breviter pedunculatis.

Malvaceae.

34. *Malva sulphurea* Gill. Gay I. p. 295.

In plateis oppidi Copiapó occurrit.

35. *Malva limensis* L. Gay I. p. 298.

Prope Paposo satis frequens est.

36. *Cristaria andicola* Gay. I. p. 317.

In centro deserti Atacamensis satis frequens est e. gr. ad Pingopingo, Rio Frio in altitudine 9—10,000 p. s. m., ab incolis Malvilla vocatur. Specimina, quae attuli, omnia ad varietatem angustifoliam pertinent; petiolorum foliorum radicalium usque ad 2½ poll. longus, lamina 15 lin. longa, modo 2½ lin. lata, dentibus c. 10—12 minuta; calyx 4 lin.; petala 5 lin. longa.

37. *Cristaria integerrima* Ph. Cr. tomentosa, luteo- viridis, dense foliosa; foliis ovatis, subcordatis, obtusis, integerrimis, pinnosis; pedunculis axillaribus; calycis foliolis subulatis; corolla calycem bis aequante.

In valle Tartal circa 1½ leucas a mari inveni. — Caulis 1-pedalis, crassiusculus, foliis confertis ramisque abbreviatis in axillis foliorum dense vestitus. Folia 13 lin. longa, 8 lin. lata, petiolo aequalia. Pedunculi 8 lin. longi, sepala 8 lin. longi. Fructus nodulum maturaverat. — Habitu convenit cum Cr. Spinolae Gay, a qua foliis crassioribus, pinnosis, integerrimis, nec non tomento densiore differt.

38. *Cristaria foliosa* Ph. Cr. suffruticosa, basi ramosa, pilis longis, patentibus hirsuta; caulibus erectis circa 1-pedalibus; foliis numerosis, ovatis, subcordatis, repando- aut crenato-dentatis, inferioribus longe petiolatis, supremis oblongis, breviter petiolatis; stipulis subulatis; pedunculis axillaribus plerumque solitariis; calycis hirsuti laciniis elongatis, acutis; corolla calycem bis aequante; alis carpellos glabros superantibus.

In valle ad las Animas (26°20' lat. merid.) legi. — Diu pro Cr. Spinolae Gay habui, sed planta nostra suffruticosa, laete virens, haud viscosa nec cinerascens, folia haud tomentosa, stipulas haud triangulares gerit.

39. *Cristaria Ovallea* Gay I. p. 320.

Cum priore inveni ad las Animas.

40. *Cristaria concinna* Ph. Cr. luteo- viridis, parce pilosa; caule erecto, simplici, basi folioso; foliis oblongis, longe petiolatis, tripartitis; lobis fere pinnatifidis, medio elongato, multo majore; fol. caulinis multo minoribus; floribus paniculatis, pedunculos aequantibus; calycis pubescentis laciniis lanceolatis; corolla magna, violacea.

Prope Paposo (25° lat. mer.) legi. Caulis 1-pedalis, folia inferiora 24 lin. longa, 15 lin. lata; lobus medianus utrinque lobulos circiter 4 ostendit; petioli 3 poll. longi; stipulae lanceolatae, calycis lobi vix 2 lin. longi, sed petala 7 lin. longa.

41. *Cristaria lobulata* Ph. Cr. luteo- viridis, pilosa; caule erecto, ramoso, folioso; foliis inferioribus ovatis, basi lyrato-lobatis, sequentibus trilobis, lobis obtusissimis, rotundatis, semel, bis vel ter incisus, mediano maximo; supremis angustioribus, magis incisus; floribus axillaribus terminalibusque, ad apices ramorum confertis; pedunculo folium subaequante; calyce villosus; corolla calycem bis aequante; carpellorum alis ovatis, carpellum superantibus.

Ad las Animas duo specimina legi. — Cum Cr. glaucophylla aliquantum foliorum forma convenit, sed pubescentia longa diversa est. Folia majora petiolo aequalia, 13 lin. longa, 9 lin. lata; lacinae calycinae 3 lin. petala 6 lin. longa.

42. *Cristaria glaucophylla* Cav. Gay I. p. 316.

In arena littoralis ad Caldera, portum Copiapinum, frequens est.

43. *Cristaria viridi- luteola* Gay I. p. 322.

Cum priore in arena littoralis lecta est; aequae frequens.

44. *Cristaria heterophylla* Ph. Cr. annua, ramosa, glabruscula; foliis inferioribus ovato- oblongis, utrinque crenato- dentatis, superioribus trilobis, deinde trifidis, summis denique linearibus integris; floribus solitariis, longe pedunculatis; calyce pubescente; corolla calycem ter aequante.

Ad Hueso parado (25°26' lat. mer.) legi. Caulis pedalis; folia inferiora 13 lin. longa, 6 lin. lata, petiolum vix superantia; pedunculi 15 lin. longi, lacinae calycinae 3 lin., petala 7 lin. longa; alae oblongae, carpello majores.

45. *Sida clandestina* Ph. S. perennis, humilis, caespitem densissimum, albo- lanatum formans; foliis spathulatis, integerrimis, confertissimis; stipulis folia subaequantibus; floribus axillaribus, sessilibus, folio brevioribus; calyce turbinate, laciniis brevibus, oblongo- ovatis; corolla monopetalá, tubulosa, calycem vix aequante, laciniis oblongo- obovatis, vix tertiam tibi partem aequantibus; staminibus faucibus insertis; ovario pilis densissimis coronato, multiloculari.

In centro deserti Atacamensis, in valle Sandon dicta ad lat. mer. 25°4' et ad 9000 p. s. m. legi. — Habitus ut in S. compacta Gay et ut in sequente. Ramuli modo 20 lin. alti; folia duorum annorum anteriorum persistencia, nigricantia, hornotina luteo- albida, pinnosa, 5—6 lin. longa, 1½ lin. lata. Corollae albae.

46. *Sida megalorrhiza* Ph. S. radice crassa, magna, multicipite; ramis brevibus erectis, foliis densissime vestitis, caespites densos formantibus; foliis laete viridibus; stipulis strelatis, longis albo- villosis, obverse triangularibus, longe petiolatis, margine inciso-lobatis, basi integerrimis; stipulis caducis; floribus. . .

In caecumine Alto de Paquios dicto ad 23°50' lat. mer. et 12600 p. s. m. eam inveni, nullum floris seu fructus vestigium exhibentem. — Indius Atacamensis eam Nostaza vocabat. Radix pollicem crassa, intus alba, laxa, extus fusco- cinerea. Ramuli bipollicares; folia in-

feriora petiolum 7 lin. longum habent, lamina crassa, pannosa, 3 lin. lata, $2\frac{1}{2}$ lin. longa, sectorem circuli formans, arcu in lobulos breves quinque diviso. — Differt a *Sida compacta* Gay l. p. 329. foliis longe petiolatis, simpliciter lobato-incisis, colore laete viridi.

47. *Sida concinna* Ph. S. caule erecto, simplici, pilis stellatis veluti albo-farinoso; foliis longe petiolatis, ovatis, subcordatis, grosse crenatis, supra viridibus, pubescentibus, subtus incanis, nervosis; inferioribus sublobatis; pedunculis axillaribus, unifloris, folium superantibus; floribus magnis; calycis ineano-tomentosi laciniis cordato-acuminatis, basi imbricatis; carpellis glabris, transversim rugosis.

Prope Paposo inveni.

Caulis 1-pedalis et major; folia 24 lin. longa, 18 lin. lata, petiolum subaequantia; lacinae calycinae 7 lin. longae, $3\frac{1}{2}$ lin. latae, marginibus basalibus dilatatis imbricatis; petala 12 lin. longa; stipulae minutae, fere subulatae, caducae.

48. *Sida modesta* Ph. S. annua, erecta, ramosa; caule, petiolis pedunculisque pilis patentibus obtusis; foliis glabrisculis, orbicularibus, cordatis, quinquelobis, lobis obtusis, inciso-crenatis; petiolo folium aequante; floribus axillaribus terminalibusque; pedunculis petiolum aequantibus, calyce pilis albis hispido; corolla alba, calycem parum superante; carpellis glabris, transversim rugosis.

Pariter prope Paposo occurrit.

Caulis 8 poll. altus, a basi ramosus, habitu aliquantum ad *Malvum linense* accedens; folia 16 lin. longa, totidem lata, lobi parum profundi; stipulae lanceolato-subulatae, ciliatae. Calycis lacinae circa $1\frac{1}{2}$ lin. longae.

Hypericeae.

49. *Hypericum dichotomum* Ph. H. caule erecto, basi ramoso, subquadrangulo, superius ancipite; foliis linearilanceolatis, basi attenuatis, punctatis; panicula terminali, stricta, dichotoma; pedicellis calyce brevioribus; stylis tribus, erectis, apice modum reflexis.

Prope Paposo, Miguel Diaz etc. crescit.

Caulis 1-pedalis, teres, sed lineis quatuor elevatis, decurrentibus fere quadrangulus, demum anceps; internodia superiora sensim elongata. Folia circa 12 lin. longa, 3 lin. lata; panicula pauciflora, floribus 9—10; sepalis $2\frac{1}{2}$ lin. longa. — Ab *H. virgato* Lamk foliis lineari-lanceolatis basi attenuatis, neque avato-lanceolatis, leviter amplexicaulis; ab *H. chilensis* caule haud caespitoso, foliis majoribus etc. abunde differt.

Malpighiaceae.

50. *Dinemandra strigosa* Ph. D. ramosissima, pilis adpressis albis strigosa; foliis lanceolatis; floribus paniculatis, haud dichotomis; staminibus duobus antheriferis; alis samararum permagnis.

In arena litoral prope Paposo satis frequens est.

Caulis circa 8-pollicaris, divaricatus; folia 4 lin. longa, fere $1\frac{1}{2}$ lin. lata, conferta, internodio sublongiora; pe-

tala longe unguiculata, citrina; alae samararum 3 lin. latae, pallide stramineae.

51. *Dinemandra ramosissima* Ph. D. ramosissima, glaberrima; foliis linearibus, margine revolutis; panicula dichotoma, multiflora; pedunculis in axillis dichotomiarum multifloris.

In arena litoral ad Caldera, portum Copiapinum frequens colligi potest. — Caulis 9 poll. altus; folia $6\frac{1}{2}$ lin. longa; vix $1\frac{1}{4}$ lin. lata; panicula terminalis ramosissima, dichotoma, divaricata; pedunculi in axillis dichotomiarum orti 5—7 flori; petala $1\frac{3}{4}$ lin. longa, lutea, centro punicea; samarae dorso tricristatae, cristis tuberculato-crenatis, mediana tantum apicem stylo persistente coronatum attingente; alae sublinearibus, 1 lin. latae, purpurascens; latera interna samarae rugis transversis circa 8 munita. — A *D. glaberrima* Gay facillime distinguitur caule ramosissimo divaricato, foliis multo minoribus, angustioribus; panicula ramosissima, divaricata; pedunculis multifloris.

52. *Dinemandra subaptera* Ph. D. fruticosa, erecta, ramosissima, stricta, glaberrima; foliis sublanceolatis, e basi lata sensim attenuatis, margine revolutis; floribus paucis, axillaribus terminalibusque; pedunculis alaribus 3—4-floris, terminalibus demum unifloris, bibracteolatis; alis samararum angustissimis.

Inter Agua dulce et Chañaral bajo ad c. 26°20' lat. merid. et 5000 p. s. m. legi. Fruticulus vix pedalis, ruber; folia 6 lin. longa, basi $1\frac{1}{2}$ lin. lata, sed non amplexicaulia, ramulorum terminalium confertissima, vix $1\frac{3}{4}$ lin. longa. Flores aut in dichotomiis ramorum terni vel quaterni, pedunculo communi circa 6 lin. longo fulti, aut ad apices ramulorum in pedunculis unifloris, 2—3 lin. longis siti. Lobi calycini ovati, obtusi; petala $1\frac{1}{4}$ lin. longa, totidem lata, ungui brevi insidentia, orbicularia citrina, ungue modo purpureo. Filamenta duo antherifera. Fructus (immaturus) alas angustissimas et costas dorsales parum prominentes ostendit.

Geraniaceae.

53. *Erodium cicutarium* (Geranium c. L.) aut *E. moschatum*. *Scandix chilensis* Mol. Saggio Hor. nat. p. 125 ex parte. Alfilerillo Chilensium.

In tractu litoral, vegetationem satis abundantem monstrantem, ad Paposo, Miguel Diaz et usque ad Cachinal de la Sierra 7000 p. s. m. satis frequens occurrit. Specimina colligere neglexi.

Vivianiaceae.

54. *Ledocarpum pedunculari* Lindl. Gay l. p. 393.

A Cachinal de la costa usque ad Paposo, in valle Tartal etc. occurrit, incolis nullo alio nomine quam Palo negro audit. Frutex floribus magnis aureis ornamentum hortorum foret.

Oxalidea.

55. *Oxalis**) *ornithopus* Ph. O radice crassa, tuberosa; caule brevi, stipulis persistentibus ciliatis coronato, folia pauca gerente; petiolis brevibus; foliolis tribus, linearibus, acutiusculis; pedunculo petiolo aequante, apice dichotomo, multifloro; calyce pilis albis vestito; sepalis obtusis; corolla lutea, calycem ter aequante.

In apricis inter Pan de Azucar et Cachinal de la Costa occurrit. Radix circa pollicem longa, crassa, napiformis; caules 2—3 poll. longi, parce ramosi; petioli $1\frac{1}{2}$ —2 poll., foliola 4 lin. longa, $\frac{1}{2}$ lin. lata; sepalia 2, petala 7 lin. longa. Tota planta pilis albis vestita est, sed praesertim bractaeae, pedicelli et calyx. Ab O. Gaudichaudii differt floribus magnis, calyce haud rufo-villosa etc., ab O. tortuosa petiolis brevibus, haud tortuosis; foliolis anguste linearibus etc.

56. *Oxalis gigantea* Barn. Gay I. p. 433. (O. virgosa Molina Saggio Hor. nat. p. 132. bene caules 5-pedales floribus verticillatis munitos dicit cl. auctor, sed pessime folia radicalia tantum tribuit.)

In tractu litorali deserti Atacamensis a Pan de Azucar $26^{\circ}10'$ lat. mer. usque ad Paposo etc. frequens est, incolis Chureco audit; cortex hujus arbuti ad tannendum retia a piscatoribus adhibetur.

57. *Oxalis trichocalyx* Ph. O. rhizomate lignoso, basibus petiolorum persistentibus squamato; foliis paucis, longe pedunculatis, trifoliatis; petiolis pubescentibus; foliolis magnis, fere orbiculatis, parum emarginatis, supra glabris, subtus pubescentibus; pedunculis folia superantibus, pubescentibus; inflorescentia dichotoma; pedicellis florem superantibus; calyce dense fusco-hirsuto; corolla lutea calycem ter aequante; petalis extus parce pubescentibus.

Prope Paposo legi. Pili calycis purpurco-fusci articulati valde singulares. Petioli 5 poll. longi; foliola 15 lin. longa, 13—14 lin. lata; pedunculi 6 poll., pedicelli 4 lin., calyx $2\frac{1}{2}$ lin., petala 6—7 lin. longa.

58. *Oxalis ornata* Ph. O. caule lignoso, squamis brevibus (basibus petiolorum), et versus apicem etiam stipulis rufis, ciliatis vestito; petiolis elongatis glabris; foliolis ternis, orbiculatis, supra glabris, subtus et margine pilis albis vestitis; pedunculis folia superantibus, apice dichotomis, 5—10-floris; pedicellis elongatis calyceque albo hispida; floribus magnis, luteis; sepalis elongatis acutis; petalis albo pilosis, calycem bis vel ter aequantibus.

Ad Paposo speciem hanc elegantem legi. Petioli 3—4 pollicares, foliola 10 lin. longa, 9 lin. lata; pedunculi 4— $4\frac{1}{2}$ poll. longi, pedicelli 7 lin., calyx $3\frac{1}{2}$ lin., petala 7—10 lin. longa. — A priore differt petiolis pedunculisque glabris, calycibus haud fusco hirsutis, etc.

59. *Oxalis paposana* Ph. O. caule lignoso, ramoso, basibus petiolorum et pedunculorum cicatricoso; petiolis elongatis, glaberrimis; foliolis ternis, ovatis, supra glabris, sub-

tus pubescentibus; pedunculis petiolo aequantibus glaberrimis, apice brevissime dichotomis, paucifloris; calyce pedicellum glaberrimum subaequante, sepalis glaberrimis, apice albo ciliatis; petalis calycem bis aequantibus.

Regio paposana etiam hanc speciem alit.

Petioli et pedunculi circa 3-pollicares; foliola $3\frac{1}{2}$ lin. longa, fere totidem lata, ramuli dichotomiae vix 1 lin. longi, pedicelli $3\frac{1}{2}$ lin., calyx $2\frac{1}{2}$ lin. corolla 6 lin. long. — Differt ab O. ornata pedicellis, calyce, petalis glabris; foliolis multo minoribus etc.

60. *Oxalis arbuscula* Barn. Gay I. p. 443.

In valle Quebrada honda de la Encantada dicta inveni.

61. *Oxalis fruticosa* Ph. O. humilis, suffruticosa, glaberrima, ramosissima, foliosissima; foliolis ternis, minutis, breviter petiolulatis, cuneatis, apice emarginatis, carnosissimis; pedunculis axillaribus, petiolum aequantibus aut paulo superantibus, dichotomis, paucifloris, floribus circa 4—6; calyce atropurpureo; corolla lutea, extus fusca, calycem ter aequante.

In valle del Guanillo dicta, supra Paposo, ad 3000 p. s. m. inveni. Planta modo 20 lin. alta, O. arbusculae similima, a qua tamen foliolis angustis cuneatis, floribus longe paucioribus, calyce minore etc. differt. Petioli in nostra 4 lin. longi, foliola $2\frac{3}{4}$ lin. longa, $1\frac{1}{2}$ lin. lata, calyx vix 1 lin., corolla 2 lin. longa.

62. *Oxalis caesia* Ph. O. humilis, suffruticosa, ramosissima, foliosissima, caesia; foliis confertissimis minutis; petiolo brevi; foliolis ternis, linearibus, carnosissimis, petiolum aequantibus; pedunculis axillaribus, dichotomis, paucifloris, pedicellis brevibus; sepalis oblongis, obtusis; corolla lutea, calycem bis vel ter aequante.

Eadem vallis del Guanillo etiam hanc speciem mihi obtulit. — Caespites 2—3 poll. alti; petioli ad summum 2 lin. longi, foliola $1\frac{1}{2}$ lin. longa; calyx 1, corolla $2\frac{1}{2}$ —3 lin. longa. Pedicelli foliaque juniora interdum puberuli sunt.

Lineae.

63. *Linum paposana* Ph. L. suffruticosum, humile, caule valde ramoso, apice dichotomo; foliis linearilanceolatis; inferioribus oppositis; pedunculis ad apicem ramorum axillaribus, unifloris, brevissimis; sepalis ovatis, cuspidatis; petalis-luteis, sepalis bis aequantibus; stylis quinque.

In declivi herboso montium litorum ad Paposo invenitur. Caulis vix 1-pedalis. Folia $7\frac{1}{2}$ lin. longa, $1\frac{1}{2}$ lin. lata, internodiis longiora, acutiuscula, suprema acutissima; sepalia $1\frac{1}{3}$ lin. longa; capsula globosa, calycem subaequans. — Differt a reliquis speciebus chilensibus, flore luteo praeditis foliis latis et floribus multo minoribus.

Zygophylleae.

64. *Fagonia aspera* Gay I. p. 470.

In arena litorali prope Caldera, portum Copiapinum frequens est.

*) Omnes species in deserto Atacamensi a me repertae folia trifoliata habent.

65. *Bulnesia chilensis* Gay l. p. 476.

In valle Paipote dicta, quae a Graeco veniens cum valle fluminis Copiapó jungitur, frequens conspicitur; incoelae eam Retama vocant, (quod proprie Spartium designat.)

Terebinthaceae.

66. *Duvana crenata* Ph. D. arbor mediocris, ramis graecibus, virgatis, pendulis, glabris; foliis sub lente dense puberulis, ovato-oblongis, serrato-crenatis, in petiolum brevem attenuatis; floribus racemosis, axillaribus; fructibus globosis, pallide violaceis.

Ad Chañaral bajo, alias Finea de Chañaral ad 26°36' et 4200 p. s. m. in horto, nec non prope oppidum Copiapó pariter in hortis observavi, a rusticis eam Molle, Huingan et Guayacan *) nuncupari audivi. — Arbor circa 20-pedalis, frondosa, satis pulchra. Folia 12—15 lin. longa, 6—7 lin. lata, crenis utriusque circa 12—16; racemi multiflori, folium subaequantibus; nucleus fructus disciformis, utriusque umbonatus, osseus nec coriaceus. — Differt a D. dependente ramis dependentibus, (qui in illa rigidi erecti), spinosis, foliis latioribus, crenatis, puberulis, fructibus majoribus, pallide violaceis nec nigris.

Leguminosae.

67. *Trifolium concinnum* Ph. Tr. perenne; caule repente subvillosio; petiolis elongatis; foliis magnis, obcordatis, serrulatis; pedunculis folia vix superantibus, villosis; capsulis haud involucreatis, umbellatis; dentibus calycinis trinerviis, lanceolatis, aristatis; tubum fere bis aequantibus; corolla purpurea, calycem bis vel ter aequante.

In graminosis montium litoralium ad Cachinal de la Costa et Paposi inveni. — Petioli 2—3½-polllicares, foliola 5—7½ lin. longa, flores in quovis capitulo circa 15, 5—6½ lin. longi, pedicello fere 1½ lin. longo insidentes. Stipulae scariosae, bractae herbarum, subulatae, pedicellos vix aequantes. — A Tr. megalantho Hook. corolla, calycem modo bis vel ter aequante, a Tr. Crosnieri Clos caulibus et praesertim pedunculis villosis etc., a Tr. simplicis Clos foliis duplo saltem majoribus, a Tr. rivali Cl. pubescentia etc. abunde differre videtur.

68. *Melilotus parviflora* Desf. Gay. II. p. 65. Ad aquam de los Perales dictam prope Paposi occurrit, absque dubio cum sequente introducta.

69. *Medicago sativa* L. Gay II. 60. Eodem loco atque prior crescit, reliquiae prioris culturae. Prope Atacama sedulo colitur, ibique Alfa vocatur.

70. *Lotus subpinnatus* Lag. Gay II. p. 78. Regionis herbarum Paposanae et frequens incolae.

71. *Psoralea azurea* Ph. Ps. fruticosa, glandulosa; ramis simplicibus, apice puberulis; foliis glabrisculis,

5—7-jugis; foliis obovato-oblongis, retusis; floribus ad apicem ramorum dense capitato-spicati, pulchre auratis; calyce albo-villosio; vexillo alio breviori, cordato; alis oblongis, carina brevioribus.

Prope Paposi ad aquam de los Perales dictam circa 700 p. s. m. inveni. Rami 8—10 poll. longi; folia 15 lin. longa, imparipinnata; foliola 4 lin. longa, fere 2 lata; stipulae subulatae, pubescentes, 1 lin. longae. Flores circa 20, primum capitati, deinde spicati, sessiles; bractae nullae; calyx 2¾ lin. longus, valde hirsutus, decem-costatus, dentibus inaequalibus, superioribus brevioribus, infimo longiore; corolla 6 lin. longa. Petala omnia longe unguiculata; carina maxima, obtusa, fere usque ad apicem divisa, alae paulo breviores, ovatae; haec petala pulchre azurea; vexillum alio brevius, lobis basalibus macula azurea notatis, caeterum ab initio flavum deinde rubro-violaceum. Legumen monospermum, pilis longis albis vestitum. Semina matura nondum aderant.

72. *Phaca coquimbensis* Hook. Gay II. p. 94.

In arenosis litoris ad Caldera, portum oppidi Copiapó crescit.

73. *Phaca depauperata* Ph. Ph. ramosissima, humifusa; foliis sericeo-pubescentibus, 4—6-jugis; ultra dimidium nudis, foliolis linearibus distantibus; stipulis magnis, scariosis, amplexicaulis; pedunculis unifloris, brevibus, bracteatis; calyce tubuloso, dentibus tubum subaequantibus, albo-ciliatis; corolla calycem bis aequante, pallide violacea, leguminibus ovatis, hexaspermis.

Ad aquam Varas dictam (c. 24°35' lat. mer. c. 9700 p. s. m.), et ad illam, cui nomen Puquios (c. 23°50' l. m. et 10500 p. s. m.) in graminosis legitur. *) — Folia 12—14 lin. longa, foliola modo 1—1¼ lin. longa; corolla 3½ lin. longa; vexillum album caeruleo striatum, apice caeruleum; alae oblongae, carina multo longiores, albae, apice caeruleae; carina apice atrocaerulea; legumen 5 lin. longum, parum inflatum. 2.

Simillimus huic ex descriptione Astragalus Bustillosi videtur, sed corolla calyce quadruplo longior, flavo rubella, et legumina subtrisperma illi tribuuntur; caeterum cum legumen marginibus non inflexum dicatur Phacam potius quam Astragalum esse suspicor.

74. *Phaca clandestina* Ph. Ph. humilis, caespitosa, albo-villosa; caulibus brevibus, basi ramulosis; foliis ultra medium nudis, 4—6-jugis; foliolis ovatis, crassis; stipulis vaginantibus, scariosis indivisis; floribus axillaribus, subsessilibus; calyce campanulato, valde lanato; corolla caerulea, calycem sesquies aequante; leguminibus ovatis, multi-ovulatis.

In detritu arenae vallis Sardon (25¼ lat. mer. et c. 9000 p. s. m.) rara non est. — Planta dense caespitosa, nisi accuratius inspecta, floribus carere videtur.

*) Molle est Litreae molle; Huingan: Duvana dependens, Guayacan: Porlira hygrometrica in provinciis centralibus.

**) Eandem cl. Gay in altissimis Andibus ad los Paños legit.

Caulis 3—4 poll. alti; folia 2 poll. longa; foliola 2 lin. longa, 1 lin. lata; calyx fere 3 lin., corolla $4\frac{1}{2}$ —5 lin. 2).

75. *Astragalus cachinalensis* Ph. A. perennis?, pilis albis adpressis vestitus; caule erecto, tereti, flexuoso; foliis distantibus, internodia vix superantibus, 8—9-jugis; folioliis obovato-oblongis; stipulis fere omnino concretis, scariosis, pilosis; pedunculis axillaribus, demum folia aequantibus, apice racemum pauciflorum gerentibus; floribus (siccis) luteis; leguminibus cymbaeformibus, pubescentibus.

In valle Cachinal de la Costa (26°4' lat. mer. c. 1700 p. s. m.) inveni. Caulis 1-pedalis, tennis; folia 20—24 lin. longa; foliola 4 lin. longa, $2\frac{1}{2}$ —3 lin. lata, foliorum superiorum minoras; calyx $2\frac{1}{2}$ lin., legumina $5\frac{1}{2}$ —6 lin. longa.

76. *Ficia modesta* Ph. V. annua, parce pubescens; caule angulato, subsimplici; foliis 3—4-jugis; folioliis oblongis, retusis vel emarginatis; cirris plerumque simplicibus; stipulis parvis, semisagittatis, paucidentatis; floribus solitariis, axillaribus, breviter pedunculatis, parvis, caeruleis; calycis campanulati, albo-pilosi dentibus subaequantibus, tubum subaequantibus; corolla calycem fere ter aequante; legumine glabro, 6—8-spermo.

Regio herbosa litoralium montium prope Paposo hanc et sequentem nutrit. Caulis 1-pedalis, fere glaberrimus sed petioli et praesertim pedunculi satis pilosi. Folia sine cirro 9 lin. longa, internodiis breviora; foliola 4—5 lin. longa, $1\frac{1}{2}$ lin. lata; pedunculi $\frac{3}{4}$ —1 lin. longi, calyx vix longior, corolla 3 lin., legumen 8—12 lin. longum. — Flore exiguu facili negotio ab affinis distinguitur.

77. *Ficia paposana* Ph. V. pubescenti-hirsuta; foliis 7—8-jugis, folioliis linearibus; mucronatis; cirris plerumque trifidis; stipulis parvis, linearibus, semisagittatis, integerrimis; pedunculo erecto, folium aequante, subquaquefido; floribus secundis, albido-caeruleis, (siccis pallide luteis); calyce brevi, campanulato, dentibus parum inaequalibus; corolla calycem 2— $2\frac{1}{2}$ aequante; leguminibus glaberrimis, hexaspermis.

Ad Paposo eam inveni.

Caulis 1—2-pedalis. Folia 20 lin. longa; foliola 7 lin. longa, $1\frac{3}{4}$ lin. lata, foliorum inferiorum breviora, superiorum angustiora; calyx cum dentibus $1\frac{3}{4}$ longus, et una cum pedicelo paulo breviora albo-hirsuta; vexillum reflexum suborbiculare, pallide caeruleum; alae ovato-oblongae, albae, carina alba. Legumen 16 lin. longum; styli apice barbatus etc. — Differt a *V. pallida* Hook. foliis 14—16, non 10—12; pedunculis folium vix unquam superantibus; dentibus calycinis medianis non brevioribus quam superiores, sed longioribus; a *V. mucronata* Clos foliis 14—16, neque 8—10, pedunculis folium aequantibus, nec multo longioribus. — Variat foliis fere duplo angustioribus.

78. *Adesmia vesicaria* Bert. Gay II. p. 154.

Prope Paposo in regione herbaria frequens conspicitur.

79. *Adesmia micrantha* Ph. A. annua, erecta, ramosa, albo-pilosa, glutinosa; foliis 3—5-jugis, basi nudis; folioliis ovato-oblongis, acutis, fere hispida; stipulis ovatis; racemis paucifloris, terminalibus, laxis; floribus minutis; bracteis parvis, ciliatis; pedunculis longis folium aequantibus; dentibus calycinis tubum dimidium aequantibus; corolla calycem bis aequante; legumine triarticulato; pilis nigris, albo-plumosis, adpressis, radiantibus, ultra marginem non prominulis.

Inter Chañaral bajo et Trespuntas (c. 26°40' lat. mer. et 5000 p. s. m.) specimen unicum; idque a pecore comesum. — Radix simplex alba. Caulis crassitie pennae corvinae. Folia 7 lin., foliola $1\frac{3}{4}$ lin., flos modo $1\frac{3}{4}$ —2 lin., legumen $4\frac{1}{2}$ lin. long. — Ab *A. parviflora* Clos, quae in herbario chilensi desideratur, satis differre videtur: foliis 3—5-jugis, nec 7—8-jugis, folioliis ovato-oblongis, nec linearibus, acutis nec rotundatis; stipulis ovatis, nec linearibus; leguminum margine glabro, neque anslis pilosis plumosisque cincto.

80. *Adesmia pusilla* Ph. A. annua, humilis, ramosissima, pilis albis, adpressis strigosas; foliis quinque-jugis, basi nudis; folioliis oblongo-linearibus; stipulis minimis, linearibus, ciliatis; floribus parvis, in racemos terminales paucifloros dispositis; pedicellis florem parum superantibus; dentibus calycinis triangularibus, tubum subaequantibus; corolla calycem ter aequante; leguminibus 4—5 articulatis, $1\frac{1}{2}$ plumosis fuscis ansatis, diametram leguminis superantibus.

In detritu montium litoralium ad Pan de Azucar (26°10' l. m.) legi. Plantula vix 4-pollicaris, a basi ramosa; folia 10 lin. longa, foliola 2 lin. longa, $\frac{1}{2}$ lin. lata; flos modo 2 lin. longus. Vexillum luteum, nigro-radiatum etc. Ab *A. parviflora* Clos numero foliorum, pedunculis multo brevioribus, pilis longis fructus etc., ab *A. micrantha* nostra iidem pilis longis fructus, folioliis angustioribus, pedunculis brevioribus, stipulis minutis satis distincta videtur.

81. *Adesmia eremophila* Ph. A. suffruticosa, humifusa, dichotome ramosa, pilis albidis dense vestita, incana, glandulose nigris conspersa; foliis 9—10-jugis eum impari; folioliis obovatis apice dentatis, stipulis latis, ovatis vel suborbicularibus; racemis elongatis, demum oppositifoliis, bracteis magnis, suborbicularibus, pedicellos subaequantibus; lacinis calycinis tubum brevem superantibus; corolla calycem bis aequante; vexillo purpureo-fusco; leguminibus subquadriarticulatis, pilis plumosis albis vestitis; calycem ter aequantibus.

In variis deserti locis: ad las Animas, Cachinal de la Costa, Chañaral bajo a me visa est. — Rami 9—12 poll. longi; folia 15 lin. longa, foliola 3— $3\frac{1}{2}$, corolla 4 lin. longa. Ab *A. Valdesia* Clos, quam ex descriptione modo cognosco, ramulis non patulo erectis; stipulis subtundis, nec lanceolato-acutis, legumine calycem ter aequante, pilis longis plumosis vestito, nec „puberulo“ discrepat.

82. *Adesmia elata* Clos. Gay II. p. 160.

Specimen, ni fallor, inter Chañaral bajo et Trempuntas (c. 26°40' lat. mer. et 5000 p. s. m.) lectum servo.

83. *Adesmia cinerea* Clos. Gay II. p. 179.

Hanc speciem elegantem in valle laterali fluminis siccici Salado dicti ad minas, quibus nomen las Animas nec non in valle Paipote, quae ad oppidum Copiapó conducit, inveni; incolis Barrilla audit.

84. *Adesmia frigida* Ph. A. suffruticosa, humilis, densissime caespitosa, glutinosa-villosa, graveolens; foliis parvis, 4—5-jugis, absque impari; foliolis obovatis, apice 5—6-dentatis, pilosis; stipulis parvis, lanceolatis, pilosis; racemis terminalibus, paucifloris; bracteis magnis, pedicellum subaequantibus, ovatis, glanduloso-dentatis; calyce pedicellum aequante, laciniis tubum brevem superantibus, linearibus, obtusis; corolla calycem sesquies aequante; vexillo fusco-aurantio, nigro-striato; carina flavicante violaceo-striata et albo marginata; legumine pauciarтикулато, pilis longis plumosis cineris, rectis vestito.

In locis editissimis deserti, in monte Alto de Varas (c. 24°30' l. m. et 10—11000 p. s. m.) et ad Riofrio (24°50' l. m. 10,500 p. s. m.) inveni hanc speciem, peregrinioribus gratissimam; radix magna enim optimum pro ignibus lignum subministrat. — Caespites densissimas, valde intricatas diametram 1—2 pedum habent; rami vix 4-pollicares, sed radix 3—6 pedes longa, indurum 1½ poll. crassa, cortice interiore pulchre citrino notabilis. Folia ad summum 8 lin. longa, plerumque multo breviora; tertia pars petioli nuda; foliola circa 1½ lin., flos 3 lin. longus.

85. *Adesmia graveolens* Ph. A. fruticosa, inermis, villosa, glutinosa, odorem gravem, fortissimum emittens; foliis parvis, subdecem-jugis; foliolis confertissimis, ovatis, acutis, complicatis; petiolis fere a basi foliiferis; stipulis lanceolatis, discretis, partem nudam petioli subaequantibus; floribus per racemos elongatos, terminales dispositis; bracteis ovatis, acutis, basi attenuatis, villosis, pedicello subaequantibus; floribus...; fructibus....

Ad aquam Doña Ines dictam (25°55' lat. m. et 8000 p. s. m.) neque albi inveni; omnes plantae jam fructus deiecerant. — Frutex 2—3-pedalis, ramossissimus; cortex ramorum velustorum stramineus, glaber, lucidus, juniorum luteus, dense villosus; racemi nudi, 6—8-pollicares, setulis brevibus, crassis asperissimi; folia c. 9 lin. longa; petioli satis crassi; foliola 2 lin. longa; stipulae 2 lin., bractea 2½—3 lin. longae. — Ex mea sententia ab A. obscura Clos pedunculis elongatis, racemosis, terminalibus neque axillaribus, et ab A. viscosa Gilb. petiolis brevibus, folioli integerrimis, fere tomentosis differt.

86. *Adesmia atacamentis* Ph. A. fruticosa, inermis, flavo-viridis, glutinosa-villosa; foliis omnino nullis; stipulis bracteisque conformibus, cordatis, semiamplexicaulis, crenatis; floribus terminalibus racemosis, vel ad extremita-

tem ramorum hinc inde sessilibus, pedicello calycem aequante; calycis dentibus acutis, tubum subaequantibus; vexillo carinaque striatis; legumine 4—5-articulato, pilis albis plumosis vestito.

Paucae plantae hac frequentiore in deserto sunt, a Cachinal de la Sierra 25° lat. m., 7383 p. s. m. usque ad oppidum Atacama 22°26' fere undique ubi vegetationem inveni, jugis altioribus exceptis, hanc vidi. — Frutex bi-vel tripedalis, ramossissimus graveolens, ut plurimae deserti plantae; diametros stipularum vix 2½, bractearum vix 1 lin.; calyx 2½ lin., corolla 4 lin. longa. — Differt ab A. aphylla Clos. defectu omnium foliorum ternatorum et pubescentia. Raro foliolium impar, ovato-acuminatum, margine serratum adest, vix cum petiolo suo 1½ lin. longum.

87. *Adesmia hystrix* Ph. A. fruticosa, glanduloso-pubescentis, glutinosa, ramossissima, dichotome spinosa; ramis brevibus crassis, novellis striatis, vestustioribus albidis; foliis minimis, 4—5-jugis; foliolis ovatis, complicatis; stipulis ovato-lanceolatis, foliola superantibus; floribus solitariis, pedunculo folium subsuperante, calyce vero breviori; laciniis calycinis elongatis, tubum superantibus; legumine circa 5-articulato, pilis longis plumosis vestito.

Ad aquam Varas nominatam (24°38' lat. m., 9700 p. s. m.) frequens est. Frutex 4—5-pedalis, ramossissimus, intricatissimus, impenetrabilis; internodia brevia, vix 4—5 lin. longa; folia modo 2—3 lin., foliola vix ¾ lin. longa. Corolla 4 lin. longa est; vexillum pallide flavum, violaceo-striatum, macula centrali marginibusque aurantiacis; alae pallide flavae, aurantiacae, ante apicem venis aliquot abbreviatis violaceis pictae; carina flava, punctis violaceis in medio adpersa.

88. *Adesmia erinacea* Ph. A. fruticosa, humilis, ramossissima dichotome spinosa; ramis novellis toretibus, villosis, glutinosis; foliis 3—4-jugis, albolanatis, subargenteis, satis magnis; foliolis obovatis; stipulis minutis, lanceolatis; floribus solitariis, infra apicem spinarum oriundis; pedunculo calycem aequante; dentibus calycinis oblongis, obtusiusculis, tubum aequantibus; corolla calycem sesquies aequante; vexillo extus valde pubescente; legumine plerumque biarticulato, pilis longis, caducis, albis, rectis, plumosis vestito.

In valle Zorras dicta (24°8' lat. mer. et 9600 p. s. m.) occurrit. Frutex vix 1-pedalis, diffusus. Folia fere 6 lin. longa, petioli ultra medium nudus; foliola fere 3 lin. longa, 2 lin. lata, superiora angustiora; pedunculus 2½ lin. longus; calyx 2½ lin. longus; hirsutus, corolla 4 lin. longa; vexillum extus fere violaceum; legumen 5 lin. longum.

89. *Adesmia sessiliflora* Ph. A. incana, fruticosa, ramossissima, ramis dichotomis, in spinas terminatis; foliis elongatis, 4—5-jugis, seta terminatis; foliolis oblongo-obovatis, plerumque denticulatis; floribus paucis, 1—3 ad apicem ramulorum spinosentium sitis, fere sessilibus; calyce campanulato; dentibus lanceolato-subulatis, tubum

ferre superantibus; corolla calycem bis aequante; legumina triarticulata, pilis longis, plumosis, roseis vestito.

In rupium fissuris ad rivulum horto loci Finea de Chañaral, vel Chañaral bajo fertilitatem communiantem legi. Frutex 2—3-pedalis, pilis brevibus densissimis obtectus. Folia fere 9 lin. longa, pars nuda petioli foliolo brevior; foliola 2 lin. longa, 1 lin. lata; pedunculus vix $\frac{1}{2}$ lin., calyx $\frac{1}{4}$, corolla $\frac{3}{2}$ lin. — Ab omnibus affinitibus facili negotio pedunculo brevissimo distinguitur, ab A. pungente Clos praeterea foliis longioribus, foliolis vero paucioribus etc.

90. *Gourliea chilensis* Clos. Gay II. p. 218.

Arbor haec spinosa prope oppidum Atacama (22°26' lat. m. et 7400 p. s. m.) frequentissima, nec non prope Chañaral bajo et in valle fluminis Capiapó, incolis, praesertim Atacamensibus, utilissima. Fructus magnitudine, colore et sapore dactylo magis similis, quam ulli alli fructui, quem cognovi, sed carnis durioris, magis coriacea, nuclei adhaerentis, non solum maturus comeditur, sed siccatur et in itineris hominum et mulorum gratus cibus est; nuclei in oppido Atacama sedulo servantur, in molinis moluntur et farinam, ad eundem usum ac ipse fructus petiitam praesent, sed haec ipse non gustavi.

91. *Zuccagnia eremophila* Ph. Z. suffruticosa, pygmaea; ramis erectis, vix bipollicaribus, pilis albis patentibus, glandulisque sparsis hirtis; foliis conjugato-pinnatis aut bipinnatis, (pinnulis nempe 2, 3, 4, 5-jugis); foliolis 7-jugis minutis, ovatis, obtusissimis, confertissimis, subimbricatis, pubescentibus; floribus racemosis, folia haud superantibus; calyce petalorumque ungue glandulosis; leguminibus compressis, pilosis, circa 8-spermiis.

Ad aquam, cui nomen Profetas est, reperi. — Folia 9—10 lineas longa, incluso petiolo communi, qui 4 lin. longus; pinnae c. $4\frac{1}{2}$ lin. longae. Stipulae lanceolatae, acutae, parvae, vix ultra $\frac{1}{2}$ lin. longae, sicut petioli pilis rigidis apice capitatis vestitae; petioli et folia praeterea pilos albos sicut caulis habent. Foliola $1\frac{1}{2}$ — $1\frac{3}{4}$ lin. longa, crassa, glauca, obtusissima, rotundata. Racemi folia subaequant, albo-pubescentes, pauciflori. Pedicelli fere 2-lineares, pilis albis mollibus dense vestiti, bractea parva, ovato-lanceolata fulvi. Calyx 4 lin. longus, ruber, laciniis inaequalibus, majore oblongo-lanceolata, reliquis angustioribus. Petala calyce paulo longiora, extus et praesertim in ungue glanduloso-pubescentia, inaequalia, purpurea; vexilli unguis laminam fere orbiculatam, basi subtruncatam aequat; petala inferiora unguem distinctum lamina paulo breviorum habent, lateralia in unguem breviorum sensim attenuata sunt. Stamina petalis aequalia; filamenta glandulosa, antherae subglobosae. Legumina 12 lin. longa, $3\frac{1}{2}$ lin. lata, valde compressa. Semina pyriformia, compressa, pendula, pallide fusca, nigro-marmorata. Vide Tab. I. fig. C. 4, stamen; 1, 2, 3, petala; 5, legumen cum calyce; 6, semen; omnia magnitudine naturali.

92. *Zuccagnia mucronata* Ph. Z. humilis, suffruticosa; caule basi squamis nigris, subtus spongiosis vestito (quae basis petiolorum deciduorum); foliis bipinnatis; petiolis pilis rigidis, glanduliferis vestitis; foliolis 9-jugis glabratis, ovalibus, mucronatis.

Ad aquam Cachinal de la Sierra dictam (25° lat. m. 7000 p. s. m.) inveni, floribus fructibusque jam de lapsis. Planta vix 3-pollicaris; folia $1\frac{1}{2}$ lin. longa, petiolo dimidium hujus longitudinis partem occupante; pinnae 6 lin. longae, tres, raro quinque; foliola $1\frac{1}{2}$ lin. longa, margine crasso, rubro hinc inde glandula notata, suberenato; stipulae ovatae. Habitus prioris, ita ut de genere non dubitaverim; differt pilis albis in caulibus petiolisque fere nullis; pilis glandulosis contra longe frequentioribus; petiolis duplo longioribus; foliis glaberrimis mucronatis; stipulis duplo majoribus.

93. *Hoffmannseggia gracilis* Hook? Gay II. p. 233.

In valle Guanillo prope Paposo ad c. 2500 p. s. m. legi. — Caulis lignosus subterraneus, fere 2 lin. crassus; rami brevissimi, unde planta subcaulis videtur. Folia erecta $3\frac{1}{2}$ poll. longa; petioli usque ad primam pinnam fere 22 lin. longus; pinnae utrinque quatuor, petiolatae, 7 lin. longae; petiolus earum fere $1\frac{1}{2}$ lin.; foliola lineari-oblonga, $1\frac{1}{2}$ lin. longa, $\frac{3}{4}$ lin. lata, inaequalia, latere posteriore angustiora. Stipulae fere $2\frac{1}{2}$ lin. longae, subulatae. Racemi folia aequantes, pauciflori; pedunculus usque ad medium longitudinem nudus; pedicelli fere 2 lin. Calyx circa 3 lin. longus, haud profunde partitus, laciniis lanceolatis angustis. Flores jam ceciderant. Legumen fere 10 lin. longum, modo 2 lin. latum, dense pubescens. Semina 6—8, (immatura) compressa, fere rhombea, nitida, olivaceo-nigra. Glandulae in hac planta omnino deficient.

94. *Cassia? misera* Ph. Humillima, suffruticosa; caule glabrescens; foliis geminatis; foliolis ovato-ellipticis, vix mucronatis, brevissima petiolatis, coriaceis, petiolum aequantibus, pilosis; glandula cylindrica inter originem foliolorum; racemis paucifloris, folia sesquies vel bis aequantibus; floribus; leguminibus compressis, falcatis, pilosis, demum glabrescens, multi-ovulatis; seminibus (immaturis), olivaceis, pyriformibus.

Una cum priore inveni. Caulis 3—4-pollicaris, sicut tota planta pilis albis adpressis plus minusve vestitus, demum fere glaber, erectus, $\frac{3}{4}$ lin. crassus. Internodia 5—6 lin. longa, petioli 8 lin.; foliola 6 lin. longa, 4 lin. lata; glandula $\frac{1}{2}$ lin. Pedunculi communes 13 lin.; partiales 6—8 lin.; calyx caducus est, sed basis ejus disciformis persistit; legumen stipite $1\frac{1}{2}$ lin. longo fultum, 16 lin. longum, 3 lin. latum, pilosum, stylo $1\frac{1}{2}$ lin. longo, apice oblique truncato, glaberrimo terminatum.

95. *Cassia paposana* Ph. C. fruticosa; ramis novellis, petiolis, pedunculis, calyce leguminibusque hirsutis; foliis 5—6-jugis; glandulis inter omnes pars foliolorum, duabus inferioribus carnosis, oblongo-lanceolatis; superio-

ribus filiformibus; foliis ovato-ellipticis, superius glabris; racemis folia fere bis aequantibus; foliis calycinis valde inaequalibus, exterioribus linearibus, fere viridibus, interioribus duplo majoribus, ovatis, obtusis, luteis; corolla antrantiaca, fusco-venosa; staminibus inaequalibus, duobus declinatis majoribus; legumine compresso, falcato, lineari.

Prope Paposo in regione herbosa inveni. — Fructus orzyalis; folia $3\frac{1}{2}$ poll. longa, $1\frac{3}{4}$ poll. lata; petiolum communis 6—8 lin. longus; foliola 11 lin. longa, 6—7 lin. lata; stipulae parvae, lineares, 4 lin. longae; foliola majora calycis 4 lin. longa; petala 7 lin.; legumina 3 poll. longa, 5 lin. lata.

96. *Prosopis fruticosa* Meyen. Gay II. p. 247.

In arenosis prope Caldera, portum Copiapinorum legit.

97. *Prosopis Siliquastrum* DC. Gay II. p. 249.

Arbor singula in litoralibus ad Estancia viega (25°12' lat. m.), altera haud procul a Chañaral bajo (26°37' lat. m.) casu, ut videtur, natae conspiciuntur, sed frequentes in valle fluminis Copiapó, et fluminis Atacama (hic ad 7400—8000 p. s. m.) crescunt. Siliquae comeduntur, illis Ceratoniae Siliquae similes, unde nomen Algarrobo, sed inferiores sunt.

98. *Acacia Cavendishii* (Mol.) Molina. Gay II. p. 256.

In valle fluminis Copiapó et prope Chañaral bajo 26°37' lat. m., c. 4000 p. s. m. videt.

Rosaceae.

99. *Acacia canescens* Ph. A. caespitosa, glauco-canescens, molliter pilosa; caulibus adscendentibus; foliis pinnatis, 4—7-jugis; foliolis ovatis, inciso-crenatis, denticulatis utrinque circiter 4; floribus in capitulum globosum dispositis; fructibus glabris; setis tribus fructum ter vel quater superantibus, erectis, apice glaberrimis.

In partibus meridionalibus deserti Atacamensis vallibus editioribus rara non est, e. g. Cachinal de la Sierra, 7000 p. s. m.; Sando 9000 p. s. m. Vaquillas, Choco 8500 etc.; sed etiam in Andibus prov. Santiago occurrit. — Caulis 5—8 poll. alti; folia 18 lin. longa, foliola $4\frac{1}{2}$ lin. longa, $2\frac{1}{2}$ lin. lata, petiolus satis crassus; antherae satis magnae, nigrae; stigmata unifariam plumosa.

100. *Alchemilla arvensis* Scop. Gay II. p. 302.

In regione fertili montium litoralium prope Paposo, etc. observatur.

Onagraridae.

101. *Oenothera coquimbensis* Gay II. p. 331.

Frequens in arena litoralibus ad Caldera crescit.

Halorrhageae.

102. *Myriophyllum elatinoides* Gaud. Gay II. p. 358.

In flumine Atacama frequentissimum est.

Lythraeidae.

103. *Pleuraphora pungens* Don. Gay II. p. 370.

Haud procul ab horto Chanaral bajo magnam copiam inveni.

Cucurbitaceae.

104. *Sicyos Badarua* Hook. Gay II. p. 410.

In regione fertiorum montium litoralium ad Hueso parado, Paposo, Miguel Diaz crescit.

Malesherbiaceae.

105. *Malesherbia humilis* Don. Gay II. p. 425.

Frequens in arenis litoralibus ad Caldera est, sed etiam ad las Animas et usque ad Cachinal de la Costa 26°4 et Hueso parado crescit, nec non in Llanu colorado 25°40' etc.

106. *Malesherbia deserticola* Ph. M. perennis, multicaulis; caulibus erectis, superius paniculatim ramosis, striatis; foliis sessilibus ovatis, basin versus integerrimis, ad apicem denticulatis, subtomentosis; floribus ad apicem ramulorum solitariis, breviter pedunculatis; laciniis calycinis tubum dimidium aequantibus; petalis ovatis, lacteis, laciniis calycinis aequantibus.

Unicum specimen prope Cachinal de la Sierra (25° lat. m. 7300 p. s. m.) inveni. — Caulis fere pedalis, folia 7 lin. longa, 5 lin. lata; calyx $7\frac{1}{2}$ lin., petala $2\frac{3}{4}$ lin. longa. Ovarium villosum, stigmata lateraliter inserta. — A. M. solanoidi Meyen (Reise I. p. 402. Walpers Repert. V. p. 775.) differt viscositate nulla, foliis rameis haud lanceolatis; a rugosa Gay floribus lacteis, foliis haud rugosis.

107. *Malesherbia ovata* Ph. M. perennis, multicaulis, pilosa, glutinosa; foliis rhombo-ovatis, in petiolum attenuatis, basin versus integerrimis, caeterum duplicato-serratis; floribus subcorymbosis; calycis turbinati laciniis tubum subaequantibus.

In vallibus andinis ab illa Encantada dicta (25°40' lat. mer., 8000 p. s. m.) usque ad Chañaral bajo (26°36' lat. m. et 4000 p. s. m.) hinc inde obviam est. — Caulis circa 1-pedalis, folia 13 lin. longa, 5 lin. lata; calyx $7\frac{1}{2}$ lin., petala alba s. caeruleo-albida $3\frac{1}{2}$ lin. longa. — A praecedente viscositate, foliis duplicato-serratis etc. valde distincta, an M. solanoides Meyen? sed flores terminales neque oppositifolii sunt.

108. *Malesherbia lactea* Ph. M. annua, humilis, caule erecto, saepe simpliciter; foliis sessilibus, incano tomentosis, inferioribus obovato-spathulatis, superioribus angustioribus, obverse lanceolatis, integerrimis vel denticulatis, mucronatis; floribus demum lateralibus, lacteis; calyce villosa, basi contracto, laciniis tubo parum brevioribus; stipite ovarium bis aequante.

In detritu rupium plantae inter Juncal 25°30' lat. m. et Encantada 25°40' in altit. 8000 p. s. m. gregaria

crescit. — Plantula satis elegans, 2—3 poll. alta, folia 3 lin. longa, 1½ lin. lata; calyx saepe extus violaceus, usque ad 8 lin. longus, petala 3 lin. — A. M. humili et propinqua foliis integris etc., a M. Lirana ovaris basi constrictis, ovario longe stipitato etc. facili negotio distinguitur.

Loaseae.

109. *Mentzelia chilensis* Gay II. p. 431.

Satis frequens in valle Tartal et ad aquam de los Clerigos prope Hueso parado 25°26' occurrit.

110. *Huidobria chilensis* Gay II. p. 440.

Specimen prope Aqua dulce 26°16' lat. m. et 6400 p. s. m. lectum servo, sed, ni memoria me fallit, etiam in littoralis ad Malpaso 25°20' lat. m. hanc speciem vidi. Flores albi sunt, non flavi ut in icone Gayi.

111. *Huidobria fruticosa* Ph. H. fruticosa, ramosissima, pilis erectis, rigidis, verticillatim ramosis dense obiecta, incana; foliis confertis, breviter petiolatis, triangulari-ovatis, repando-vel sinuato-crenatis.

H. fruticosa Ph. Ann. de la Universidad de Chile 1855. p. 217.

In valle del Guanillo supra Paposo ad c. 2800 p. s. m. et in descensu a montibus Pingo-pingo ad Tilopozo c. 23°21' lat. m. et 7500 p. s. m. inveni. — Frutex 3—4-pedalis, ramosissimus. Folia alterna 10½ lin. longa, 8 lin. lata, pannosa, crenis utrinque 5—8. Flores ad apices ramorum cymas paucifloras formant; pedunculus brevis, vix 1½ lin. longus, bractea paulo majore, oblongo lineari fultus. Calyx turbinatus, sepalis tubum aequantibus, fore lanceolatis. Corolla magna, diametri 11 lin., e lacteo alba; petala calycis laciniis bis aequant, orbicularia, aliquantulum cucullata; squamae (ex mea sententia fasciuli staminum sterilium mutatorum, neque petala) duplo fere minores, oblongae, apice glanduloso-incrassatae et extus infra limbum incrassatum filis quatuor instructa. Stamina petalis paulo breviora; stylus paulo major; stigma quinqueangulare, columnare. Capsula ovata, vertice breviter exserta, quinquevalvis, placentis parietalibus. Semina minima, ovata, laevia, quinque-costata.

Obs. Male cl. Gay valvas medio placentiferas dicit bot. vol. II. p. 439; fig. d. t. 26. bene placentas in dissepimentis sitas ostendit.

112. *Loasa Arrottiana* Gay II. p. 446.

Frequens in tractu fertilliori littoralis, a Cachinal de la Costa usque ad Miguel Diaz reperitur.

113. *Loasa.*

Loasam flore luteo praeditam cum priore inveni, sed specimina putredine destructa sunt.

Portulacaeae.

114. *Tetragonia maritima* Barn. Gay II. p. 469.

Fruticulosus frequens in arenosis maritimis prope Caldera, portum Copiapinorum, sed etiam ad las Animas,

et Cachiyual de la Costa, loca circa 2—3 leucas a mari distantia et 2000 p. supra id elevata.

115. *Tetragonia macrocarpa* Ph. T. annua, humilis, caule erecto, a basi ramoso, tereti; foliis oblongis, obtusis, in petiolum brevem attenuatis; floribus axillaribus, solitariis, sessilibus; fructibus subsessilibus, magnis, (4 lin. longis), quadricostatis, basi conicis, inermibus.

Inveni ad Caldera, las Animas, Cachinal de la Costa, ubi frequens, incolis pasto aguanoso audit. — Radix alba, simplex, 2—3-uncialis; caulis plerumque quadrifurcatus, a basi divinus; folia 13 lin. longa, 4½ lin. lata; petioli, si talem distinguere vis, hujus longitudinis vix tertiam partem occupat. Ovarium quadriculare, quinqueloculare, vel sexloculare, comosum, pilis latis squamiformibus, nempe styliorum basin dense vestientibus.

116. *Tetragonia microcarpa* Ph. T. annua, humilis, valde ramosa; foliis oblongis, basi attenuatis, sessilibus; floribus axillaribus, subsessilibus; fructu parvo, (modo 1½ lin. longo), brevi, quadricostato, inermi.

Unicum specimen, si bene memini, in arena prope Caldera inveni. — Caulis modo tripollicaris, folia majora 19 lin. longa, 8 lin. lata; stamina calycem flavescens-tem fere superant; fructus modo, ut dixi, 1½ lin. longus, costae ejus basin et apicem versus aequae evanescent.

117. *Colobanthus quiensis* Barl. Gay II. p. 471.

Ad varias aquas deserti crescit e. g. illas, quibus nomen Profetas (24°45 lat. m., 9000 p. s. m.), Varas (24°35' lat. m. et 9700 p. s. m.), Paquios (23°50' lat. m., 10500 p. s. m.)

Stichophyllum Ph. n. gen.

Calyx quinquepartitus, persistens, siccus, laciniis stramineis, basi demum cartilagineis. Petala quinque, squamaeformia, cum calycis laciniis alternantia iisque breviora, membranacea, apice bifida. Stamina 5, hypogyna, laciniis calycis opposita; filamenta filiformia; antherae dorso affixae, longitudinaliter deliscentes, introrsae, biloculares. Discus hypogynus nullus. Ovarium liberum, uniloculare. Ovula (tria?) basi ovarii inserta. Stylus unicus, stigmata tria, filiformia. Fructus capsula membranacea, conico-depressa, trivalvis, indehiscens (?). Semina triangularia, compressa, nitida; embryo arcuatus, duo latera seminibus occupans. — Squamis petaloideis cum Schiedea Cham. et Schl. et Microphyta mihi convenit, sed fructu et calyce charactere differt. Vide Tab. I. fig. D. ramum magnis naturalis, †† flores; 1, calyx auctus; 2, foliolum ejus a latere interno visum, cum stamine, auctum; 3, ovarium cum petalo bidentato et cum staminibus duobus, auctum; 4, ovarium cum stigmatibus, paulo magis auctum, 5, semen auctum.

118. *Stichophyllum bryoides* Ph.

Unice in monte Alto de Paquios c. 23°52' lat. m. et 12600 p. s. m. inveni. — Herba ramosissima, glaberrima, caespites densos, diametri pedalis et 6 uncias altos, muscoides format; folia ovata brevissima, confertissima, persistencia, quadrifariam imbricata, modo ½ lin. longa.

Flores terminales solitarii, gemmae foliaceae similes. Calyx $1\frac{1}{2}$ longus, petala $\frac{7}{8}$ calycis aequant.

Microphyes Ph. n. gen.

Calyx quinquepartitus, persistens, lacinii muticis, herbaceis, vel margine scariosis, aestivatione imbricatis. Petala quinque, cum lacinii calycinis alternantia, iisque minoribus, linearia. Stamina quinque, hypogyna, calycis lacinii opposita; filamenta brevia, subulata; antherae globosae, minimae, biloculares, introrsae, longitudinaliter dehiscentes. Discus hypogynus nullus. Ovarium liberum uniloculare, multiovulatum, ovato-trigonum. Stylus unicus, brevis; stigmata tria, parum distincta. Fructus capsula tenuis, membranacea, trivalvis, usque ad basin fissa. Semina plurima, compressa, dorso crassiore rotundato, ventre fere rectilinea, tenuiora. Embryo semi-annularis. Differt a *Mollugin* et *Pharneo* corolla distincta etc.

119. *Microphyes litoralis Ph. M.* annua, humilis, pubescens, dichotome ramosa; foliis plerisque radicalibus, lineari spatulatis, carnosis, caulibus verticillatis; stipulis ovatis, scariosis, ad ramificationes superiores solis substitutis; floribus in dichotomis et ad apicem ramulorum subsessilibus; calyce aperto, rosaceo; sepalis ovato-orbicularibus, albo viridibus et dense pubescentibus, limbo lato, scarioso, centro cinctis.

In arena litorali Calderae rara non est. Caulis fere bipollicaris, folia radicalia $4\frac{1}{2}$ lin. longa, $\frac{1}{2}$ lin. lata; caulina, quaterma vel opposita, unice ad originem ramorum conspiciuntur; diametros florum 2 lin. — Vide Tab. I fig. F. plantulam magnif. naturali 1, flos a latere visus, auctus 2; ovarium auctum, 3, stamen auctum; 4, sepalum cum petalo adiacente, auctum; 5, semen auctum.

119 b. *Portulaca* sp. valde lanata, jam defloruerat.

Prope Miguel Diaz legi.

120. *Calandrinia occulta Ph. C.* caespitosa, pusilla, foliis linearibus, rosulatis, obtusis, basin versus attenuatis, basi ipsa tamen dilatata, membranacea; floribus albis, axillaribus, subsessilibus; foliis calycinis glaberrimis; corolla calycem fere bis aequante; seminibus punctulato-rugosis, nitidis.

In editissimis Andibus deserti, haud procul ab origine rivuli Zorras 24° lat. m., c. 11,000 p. s. m. legi. *) — Radix cinerea, multiceps, crassitie pennae columbinae. Folia 12 lin. longa, apice fere 1 lin. lata, obtusissima; pedunculus vix 1 lin. longus, calyx 3 lin., corolla fere 5 lin.; petala quinque; stamina pauca, glaberrima; filamenta sterilia nulla; capsula vix calycem aequat. — Differt a *C. caespitosa* Gill. et a *C. compacta* Barn. floribus brevissime pedunculatis, a. *C. compacta* praeterea filamentis sterilibus nullis.

*) In summa Cordillera los Patos de Putaendo pariter occurrit.

121. *Calandrinia discolor Schrad.* Gay II. p. 496.

Prope Finca de Chañaral s. Chañaral bajo 26°36' lat. m. et 4000 p. s. m. et in variis locis litoralibus, ad las Animas, Miguel Diaz, Breadal inter Hue-so parado et Cachinal de la Sierra conspiciuntur, incolis pata de guanaco audit. (Specimina non attuli, sed vix crediderim, me hanc speciem in prov. Santiago communem cum alia confudisse.

122. *Calandrinia litoralis Ph. C.* annua, glaberrima; caule erecto, superius denudato et subramoso; foliis ovatis, in petiolum attenuatis, carnosis; floribus numerosis, racemosis; bracteis scariosis confertis, ovatis, uno latere dense subulato auctis; pedunculis calycem bis aequantibus, bractea multo longioribus; calycis foliolis integris, nigro-venosis; corolla calycem bis aequante; seminibus granulatis glabris.

Frequens in arenosis litoralibus ad Caldera, portum Copiapino conspiciuntur. Radix simplex alba; caulis circa pedalis, plerumque versus apicem in 2 vel 3 ramos divisus; folia fere omnia in basi caulis, usque ad 2 poll. longa, 1 poll. lata, valde carnosae. Pedunculi $5\frac{1}{2}$ lin. longi; calyx $2\frac{1}{2}$ lin., bractee 2 lin.; corolla punicea aut pulchre aurea; semina duplo minor, quam in *C. discolor*. Differt a *C. discolor* Barn. et *C. cachinalensis*, quae sequitur, et a *C. longiscapa* Barn. singulari bractearum fabrica, a prioribus praeterea seminibus glabris vel duplo minoribus. *C. longiscapa* praeterea auctor bractees auctas et flores laxae corymbosos (?) tribuit.

123. *Calandrinia cachinalensis Ph. C.* annua aut biennis, glaberrima; caule erecto, folioso, apice ramoso; foliis obovatis, acutis, in petiolum brevem attenuatis; floribus racemosis, distantibus, longe pedunculatis; bracteis geminatis, inaequalibus, acuminatis; calycis foliolis integris; seminibus hirtis.

Unice prope Cachinal de la Costa (26°4' lat. m. 1700 p. s. m.) inveni. Radix simplex, filiformis, alba. Caulis 1-pedalis, ante mediam altitudinem in ramos 2—3 divisus. Folia radicalia 20 lin. longa, 11 lata, petiolo vix tertiam huius longitudinis partem occupante; pedunculi 12—15 lin. longi; bractea major 2— $2\frac{1}{2}$ lin.; calyx (dum floret) c. 4 lin.; corolla c. 6 lin. longa. — Differt a *C. discolor* Schrad. radice annua (vel ad summum bienni), filiformi, floribus minoribus, bracteis geminatis inaequalibus, seminibus hirtis; a *C. trichosperma* Barn. caule erecto, basi simplici, foliis brevibus petiolatis, petiolo minus a lamina distincto, floribus longe pedunculatis; a *C. longiscapa* Barn. floribus minus numerosis, bracteis geminatis, seminibus hirtis, etc.

124. *Calandrinia picta Gill.* Gay II. p. 494.

Unicum specimen prope Riofrio 24°50' lat. m. et 11000 p. s. m. inveni.

125. *Calandrinia modesta Ph. C.* annua, humilis, pilosa, glutinosa; caule filiformi, ramoso; foliis distantibus,

linearibus, sensim versus basin attenuatis; floribus parvis, terminalibus, subfasciculatis, purpureis, breviter pedunculatis; calycis foliolo exteriori tridentato; capsula calycem parum superante; seminibus magnis aterrimis, centro nitidissimis, margine rugosis.

Eodem loco cum priore legi. — Radix filiformis, simplicissima, alba, circa 2 poll. longa; caulis modo 2 poll. altus, a basi ramosus; folia radicalia emarcida, caulina pauca, internodiis breviora, circa 3 lin. longa; pedicelli vix 1 lin.; calyx totidem longus, foliolum exterius ejus dentibus tribus obtusis aequalibus munitum; corolla parva; semina sub lente fortiore tenuissime rugulosa. — A C. tenuissima Barn. viscositate omnium partium, caule ramoso, floribus fasciculatis, fere omnibus terminalibus, calycis foliolis inaequalibus; a C. trifida Hook et Arn. capsula breviora, seminibus duplo majoribus, foliis paucioribus satis distincta videtur.

126. *Calandrinia leucocephala* Ph. C. annua, minima, pilosa, ramosissima; ramis filiformibus 1—2-pollicaribus; foliis minutis, linearibus, in petiolum attenuatis; floribus terminalibus, congestis, minutis, roseis; calyce pilis longis, albis densissime tecto, ejus foliolo externo tridentato.

Cum duabus prioribus legi. — Radix filiformis, alba, 2—3-pollicaris; caulis a basi ramosus, ramis decumbentibus; folia $3\frac{1}{2}$ lin. longa, $\frac{3}{4}$ lin. lata, pilis paucis albis hispida; potiolus laminam subaequans; calyx 1 lin. longus.

127. *Calandrinia calycina* Ph. C. annua, glaberrima; caulibus pluribus e collo radice ortis, prostratis; foliis omnibus lineari-oblongis, in petiolum attenuatis; floribus numerosissimis in apice ramorum per spicas 3—4, saepe bifidas dispositis; bracteis persistentibus, scariosis; flavis, obovato-oblongis; foliolis calycinis bracteam aequantibus, sed ea duplo latoribus, obovatis; corolla parva, apice gelatinoso-convoluta; seminibus numerosis, minimis.

In regionibus arenosis littoralibus inter portum Chañaral de las Animas (26°20' lat. m.) et Cachinal de la Costa legi, sed, ni fallor, etiam prope Caldera vidi. — Radix albidā, simplex, $2\frac{1}{2}$ —3 poll. longa, caules 3—4-unciales; folia radicalia fere 20 lin. longa, vix 2 lin. lata; caulina fere 11 lin. longa; bracteae $1\frac{1}{2}$ lin. longae, 1 lin. latae; calycis foliola 2'' lata, totidem longa; capsula calyce minor. Species forma singulari foliolorum calycis distinctissima est.

128. *Calandrinia spicata* Ph. C. annua, glaberrima; caulibus erectis, e basi ramosis; foliis oblongo-linearibus acutis, in petiolum attenuatis; floribus per spicas 3 vel 4 secundas in apice ramorum dispositis; numerosissimis, confertissimis; bracteis scariosis, ovatis, mucronatis; foliolis calycinis acutis apice reflexis, integerrimis; corolla calycem superante, apice gelatinoso-convoluta.

Prope Chañaral bajo (26°36' lat. m., 4000 p. s. m.) in detritu vallium siccarum conspicitur. — Radix 3-uncialis, simplex, albidā, crassitie pennae columbinae;

caules 6—7-pollicares; folia 13—14 longa, 2— $2\frac{1}{2}$ lin. lata; bracteae ad originem pedunculorum communium scariosae, ovatae, acutae adsunt; illorum pars inferior fere 18 lin. longa nuda est vel bracteolis paucis vestita; flores fere biseriales, valde conferti; bracteae primum apice virescentes, demum albae, persistentes; calyx $2\frac{1}{2}$ lin. longus, capsulam aequans. Semina disco laevissima, margine subtilissime punctata sunt.

129. *Calandrinia salsoloides* Barn. Gay II. p. 502.

Inter Imilae et Pingpingo 23°44' lat. m. et c. 9000 p. s. m., nec non in valle Sandon c. 9000 p. s. m. legi. Haec et priores duae habitus, floribus confertissimis, bracteis magnis persistentibus ad Amarantaceas accedunt.

*Silvaea**) Ph. n. gen.

Flores numerosissimi, confertissimi, ramoso-spicati, parvi, bracteis scariosis, coloratis, flore majoribus fultis. Calyx diphyllus, scariosus, persistens, foliolis ovatis, basi coalitis, interdum inaequalibus. Corollae petala (duo?) mox gelatinoso-confuente, ovarium tegentia. Stamen unicum? (sic in *S. pachyphylla* mihi, nec non in *S. crassuloidi* mihi, specie prope Coquimbo lecta, vidisse puto). Stylus unicus, ovarium aequans, stigmatem petalo terminatum (talem mihi *S. celosioideis* obtulit). Fructus utriculus, pericarpio scarioso; saepe colorato. Semen lenticulare, testa crustacea, centro nitidissima, in ambitu plerumque punctato-rugoso, exacte ut in *Calandrinia*. — Habitus plantarum omnino ille *Calandriniae salsaloidis*, spicatae etc.

Quamvis plurimi flores specierum numerosarum suppetant, numerum petalorum et stamina cognoscere non contingit. Sed etiam his organis ignotis genus ob fructum in hac familia singularem distinctissimum est.

130. *Silvaea pachyphylla* Ph. S. glaberrima; caule ramoso, basi lignoso, erecto; foliis confertissimis, crassissimis, semiamplexicaulibus, rotundatis, obtusissimis; floribus purpureis, dense spicatis cymam densam formantibus; bracteis numerosissimis, scariosis, subrotundis, obtusis, purpureis, demum albis; utriculo roseo.

Inter Bredal et Cachiynyal (de la Sierra) ad c. 25°23' lat. m. et 3000 p. s. m. in solo gypsumico, aliis plantis omnino orbo, inveni. Rami 9 poll. longi, 1 lineam crassi; folia $2\frac{1}{2}$ lin. lata, $1\frac{3}{4}$ lin. longa, saltem 1 lin. crassa, vix $1\frac{1}{2}$ lin. inter se distantia, patentia. Spicae circa 5 lin. longae; bracteae demum 2 lin. longae, totidem latae; calyx florifer vix 1 lin. longus, membranaceus, purpureus; corolla vix $1\frac{1}{2}$ lin. longa mono-petala? Semen atrum, laevissimum nitidissimum. — Habitus *Celosiae*. Simillima *Calandriniae salsoloidi* Barn., a qua tamen foliis obtusissimis, crassissimis, bracteis obtusis, neque mucronatis, praeter characteres fructus abunde differt.

Cfr. Tab. I. fig. G. ubi summitas magn. natural. delineata est; 1, extremitas ramuli paniculae; 2, flos magn.

*) Diti in honorem cl. viri, dom. Waldi Silva, cui summa rei judicariae custodia est tradita.

naturali; 3, idem auctus; unice calyx conspicitur, corolla in calyce inclusa late; 4, stamen auctum; 5, ovarium cum stylo; stigma in hac specie videre non contigit; 6, urticulus, cum basi persistente styli; 7, semen magnit. naturali; 8 idem auctum.

131. *Silvea celosioides* Ph. S. glaberrima, annua; caule a basi ramosissimo; foliis crassis, conferis, obovato-oblongis, in petiolum attenuatis; floribus ad apices ramorum conferatissimis, pubescens, sessilibus, purpureis; bracteis plurimis, purpureis, ovatis, acutis membranaceis, calyce bis aequantibus; foliolis calycinis membranaceis, ovatis, integerrimis.

Intra Imilac et montes Pingopingo dictos c. 23°48' lat. m. et c. 9000 p. s. m. nec non in valle prope Chañaral bajo crescit. — Radix 3-pollicaris, simplex, alba, crassitie pennae columbinae, caules vix tenuiores, 2—9 poll. alti; folia varietatis majoris inferiora 16 lin. longa in petiolum longum attenuata, 2½ lata, supra 4 lin. longa, 2 lin. lata; bractae 1½ lin. longae; calyx vix 1 lin.; semen atrum, nitidissimum.

132. *Silvea amarantoides* Ph. S. annua, glaberrima; caulibus pluribus et collo radicis ortis, prostratis, simplicibus; foliis crassis, oblongis, acutis; radicalibus in petiolum longum attenuatis, caulibus sessilibus, semiamplexicaulibus; floribus spicatis, ad apicem ramorum corymbum formantibus, conferis; bracteis ovatis, scariosis, saepe luteis, calyce duplo majoribus; foliolis calycinis ovatis, obtusis, scariosis.

Prope Cachinal de la Costa (26°4' lat. m. et 1700 p. s. m.) inveni. — Radix alba, simplex, 3-pollicaris, crassitie pennae columbinae; caules 4—10 et collo radicis orti, 5—6 poll. longi; folia radicalia 22 lin. longa, 3½—4 lin. lata, petiolo ½ hujus longitudinis occupante; folia caulina mediana 5 lin., bractae 1¼ lin., calyx ¾ lin. longus.

133. *Silvea corrigioloides* Ph. S. annua, glaberrima; caulibus pluribus et collo radicis ortis, prostratis, ramosis; foliis oblongo-linearibus, sensim in petiolum attenuatis, acutis, superioribus sessilibus; floribus terminalibus, dense spicato-cymosis; bracteis obovato-oblongis, flavescens, calyce majoribus; sepalis basi coaeratis, ibique crassis, verrucosis, deinde late triangularibus acutiusculis, exteriore majore et latiore.

In arena litorale ad Caldera portum Copiapinum specimina legi. Radix ut in prioribus; caules tripollicares, c. ¾ lineam crassi; folia inferiora 11—12 lin. longa, 2 lin. lata; bractae fere 1½ lin., calyx flavescens 1 lin. longus.

Diazia *) Ph. n. g.

Calyx liber, diphyllus, herbaceus, valvatus, persistens; foliolis lanceolatis. Corollae petalum unicum?, obcordatum, venosum, deinde gelatinoso confluentis. Stamen uni-

cum? petalo oppositum; filamentum lineare, apice attenuatum, complanatum; anthera subglobosa. Ovarium liberum, uniloculare; ovula circa 8, erecta placentae basilari funiculis distinctis inaequalibus, erectis inserta. Stylus . . . Capsula chartacea, bivalvis aut trivalvis, nitida. Semina lenticularia; testa crustacea, centro nitida, ambitu punctatoprugosa.

Cum perpaucos solummodo flores examini subjicere poterim neque stylum neque numerum staminum et petalorum cum omni certitudine cognoscere potui, sed hoc constat hunc numerum perexiguum esse. Inde plantam a Calandrinii segregare melius videtur. — Cfr. Tab. I. fig. E. summitatem rami magnitudine naturali exhibentem; † flos, †† capsula clausa, ††† capsula aperta; 1, stamen, 2, petalum, magn. naturalis; 3, valvula capsulae cum placentis et funiculis umbilicalibus, aucta; 4, semen auctum; 5, idem magn. naturali.

134. *Diazia portulacoides* Ph. D. annua, glaberrima caulibus pluribus et collo radicis ortis, procumbentibus, parce ramosis; foliis plerisque geminis, inaequalibus, oblongo-lanceolatis, basi angustatis; floribus axillaribus, subsessilibus, solitariis; sepalis lanceolatis, petalum et genitalia aequantibus; capsula lanceolata, bivalvi et trivalvi, calyceum vix superante.

Unice ad aquam Miguel Diaz dictam in declivium montium litoralium (24°36' c. 800 p. s. m.) neque alibi reperi pauca specimina. Caules 1-pedales, tenues; folia majora pollicem longa, 2½ lin. lata; internodia pollicem et ultra longa; calyx 3 lin. longus.

Paronychia eae.

135. *Paronychia coquimbensis* Gay II. p. 521.

In regione fertiliori montium litoralium prope Paposo crescit.

136. *Pentacaena ramosissima* DC. Gay II. p. 526.

In eadem regione crescit; specimen prope Hueso parado lectum servo.

Crassulaceae.

137. *Tillaea peduncularis* DC. Gay II. p. 531.

Prope Miguel Diaz legi.

Cactaeae.

Cactearum descriptionem minus perfectam esse, lector benevole! excusabis. Specimina fere omnium specierum viva legi, ideoque in loco nota breviores, quae mihi sufficientes videbantur ad loca notata distinguenda, chartae commisi. Deinde Cactos, cum hortobotanico curamus, alios hortulano amicissimis Doctoris Caroli Segeth, tradidi, alios vero in hortulo aedium universitatis, Instituto nacional dicto, colere volui. Hic vero irrigationibus frequentioribus, quae in hac provincia in omnibus hortis usu-

*) Nomen a loco desummi, ubi plantam inveni.

tantur, perierunt, antequam eos novo examini subjicere poterim, neque melior fortuna eorum in horto Segethi cultorum fuit. Nam cum novum frigidarium exstrueretur Cacti mei una cum aliis plantis in hortum distributi, et deinde pariter perditii sunt. Omnes Cacti ad genera: *Cereus*, *Echinocactus* et *Opuntia* pertinent praeter unum, qui mihi novum genus constituit videtur, atque, duabus modo speciebus exceptis, tractum litoralem, ubi aër propter mare vicinum satis humidus est, incolunt, jam in montibus 3 leucas a mari remotis non amplius offenduntur.

138. *Echinocactus humilis* Ph. E. parvus, subglobosus, depressus, circa 12 lin. latus, 10 lin. altus; costis circa 10—12; verrucis superioribus aculeos circa 10, cinereos, setaceos gerentibus, quorum peripherici divaricati, centralis erectus, parum major, 12 lin. altus; aculeis verrucarum basialium vix $1\frac{1}{2}$ lin. longis, setaceis; corolla sulphurea, $9\frac{1}{2}$ lin. longa.

Prope Paposo in detritu rupium ad pedes montium litoralium crescit.

139. *Echinocactus cinereus* Ph. E. omnino cinereus diametri 4-pollicaris; costis numerosis; verrucis vix 2 lin. inter se distantibus, diametri $2\frac{1}{2}$ lin., vetustioribus immeris, planis; aculeis 5—6, nigris, teretibus, supremis duobus parvis, circa 2 lin. longis, inferioribus circa 6—8 lin. longis, centrali 9—10 lin. longo; apice lana alba densissima, 9 lin. longa tecto, flores plures vix et lana emergentes, 9 lin. longos, flavos emittente.

In litorali a valle Tartal a 25°24' lat. m. usque ad Cobre 24°15' lat. m. frequens, inter majores recensendus, valde ramosus, massas interdum diametri $1\frac{1}{2}$ ped. formans.

140. *Echinocactus mammillarioides* Hook. Gay III. 13. Cum priore occurrit. Flores aurantii; calyx $4\frac{1}{2}$ lin. longus, basi nudus, superius series transversa pulvisculorum et lana alba et aculeis parvis formatum offert; corolla 12 lin., stamina vix 6 lin. longa.

141. *Echinocactus columnaris* Pfr. Gay III. p. 18. Una cum prioribus reperitur.

142. *Echinocactus copiapensis* Pfr. Gay III. p. 17. In eodem tractu litorali an rupibus et detritu earum crescit.

143. *Echinocactus occultus* Ph. E. minimus, fere omnino in arena occultus, globosus, diametri 6—12 lin., interdum prolifer; costis circa 8—10; verrucis fere glabris, confertis; aculeis radiantibus sex, quorum plerumque quinque 2 lin., sextus inferior 4 lin. longus; aculeus centralis unicus, 8 lin. longus, sed saepe omnes majores sunt. Flores 12 lin. longus, pallidus, et luteo flavus; calyx dimidium florem occupat, basi lana longa alba, versus corollam setis pallide flavis, 5 lin. longis munitus est.

In toto litorali a Copiapó usque ad Cobre eum invenit.

144. *Echinocactus conglomeratus* Ph. E. globosus, conglomeratus, viridis, globis circa 15—25 lin. crassis,

virginitocostatis; aculeis 8, stellatis, mediocribus; aculeis centralibus, superioribus 3 vel 4 peripheriae aequantibus; floribus pulchre citrinis.

Inter loca Chaguar de Jote c. 24°24' lat. m. et Cobre frequens in rupibus litoralibus occurrit.

145. *Echinocactus*.

Prope Cobre in litore deserti 24°16' lat. m., neque aliibi vidi. — Diametros $2\frac{1}{2}$ —3-pollicaris; costae 8—10, valde prominentes; aculei verrucarum erecti.

146. *Cereus nigripilis* Ph. C. 3—4-pedalis; ramis diametri tripollicaris, costis 12—13; verrucis prominentibus, confertis, lana brevissima, primum fulva, demum nigra vestitis; aculeis usque ad 20 imo 24, cinereis, valde inaequalibus; minoribus setaceiformibus, ad summum 10 lin. longis, divaricatis; majoribus centralibus robustioribus, fuscis usque ad 25 lin. longis, plerumque 16, 15, 12 lin. longis; flore albo, 5 pollices longo, tubuloso, basi pills nigris dense obtecto, qui superius modo in apice squamarum calycinarum remanent; stylo dimidium corollam aequante, stigmatibus erectis, 6 lin. longis.

A Coquimbo usque ad Paposo et forte magis ad boream crescit. In fructu, qui mihi siccus et insipidus, valde distinctus ab illo C. Quisco provinciarum centralium Chilenisum videbatur, squamae calycinae subulatae, remotae, $\frac{1}{2}$ —1 lin. longae, ciliis 2—3 lin. longis, basi nigris, apice albis valde conspicuae. Semina nigra fere $\frac{1}{2}$ lin. longae.

147. *Cereus peruvianus* DC. Gay III. p. 20.

Prope Cachinal de la Costa primum vidi, deinde in toto tractu litorali occurrit.

148. *Cereus atacamenis* Ph. C. simplex, columnaris, crassissimus; costis numerosissimis; pulvillis 6 lin. crassis, lana fulva, demum nigrescente tectis; spinis teretibus, tenuibus, filiformibus, numerosissimis, irregulariter inaequalibus, usque ad 30—40, 4 pollices longis.

Sic Cereum ingentem, simplicem, columnarem voco, quem ad minas de S. Bartolo dictas prope Atacama oppidum 22°14' lat. m. et 8000 p. s. m. e distantia vidi, ubi incolis K'hávu audit, et cujus lignum durum, etsi poris et foraminibus magnis pertusum in oppido dicto ad portas aliaque ejusmodi conficienda adhibetur. Tabulas 2 pedes latus ex hoc Cacto confectas vidi! Vir egregius, mihi illis praepositus, plantam me trahere jussit, quam sedulo usque ad Santiago conduxi, sed in itinere plus vicies a mulis in solum dejecta et concussa, quando distulam, qua inclusa ibat, aperui putrefacta apparuit.

Eulychnia Ph. n. gen.

Squamae plurimae, multiseriales, ovarii latera ingentes, foliaceae, patentes, lana longa dense vestitae. Perigonii superi foliola erecta, tubum brevem formantia, quadriserialia, series duae inferiores virides, calycinae; superiores albae, petaloideae. Stamina plurima, apici plano ovarii inserta, petalis breviora; filamenta libera, antherae

oblongae. Ovarium obconicum, inferum, uniloculare; placentis parietalibus, multiovulatis. Stylus cylindricus, longitudine staminum; stigma multipartitum, laciniis circa 24, erectis. Fructus. . . . — Fructus carnosus, aphylli, cylindrici, hand articulati, costati, costis e tuberculis spiniferis, connatis formatis, habitu omnino *Cereos* referentes, et unice flore distinguendi.

149. *Eulynchia breviflora* Ph. E. octopedalis et ultra, ramosa; ramis c. 3 poll. crassis, 12—13-angularibus; verrucis confertis, lana brevi, cinerea obtectis; aculeis circa 20. c. 9 lin. longis, majoribusque duobus usque ad 3, imo ad 6 pollices longis, superiore horizontali, inferiore in verrucis vetustioribus deflexo, caeterum valde variantibus, in uno specimine $\frac{1}{2}$ lin. crassis, in alio vix crini equino crassioribus. Flos abbreviatus; ovarium turbinatum, modo $1\frac{1}{2}$ poll. longum, omnino squamis patentibus, carnosus, circa $1\frac{1}{2}$ lin. longis et dense pilosis cinctum; pilis crispis, 4—9 lin. longis, fulvis. Squamarum calycinarum viridium, apice nigrarum series duae, nudeae; series inferior earum pilis rectis nigris adpressis cincta est. Corolla aperta, minime tubulosa; petala a sepalis bene distincta, circa 9 lin. longa, subbiserialia, oblonga, mucronata, lactea vel alba, in roseum vergentia. Stamina numerosissima, dimidiatum petalorum longitudinem aequantia. Stylus stamina aequat, stigmata circa 24, erecta. Cavum ovarii diametrum 5 lin. habet, sed modo 2 lin. altum est. Fructum non observavi.

Primum prope Coquimbo inveni, examinavi et delineavi, sed etiam in tractu litorali deserti e.g. ad Hueso parado, Paposo etc. occurrit. Cfr. Tab. II. A. 1, flos a latere visus; 2, ejusdem sectio longitudinalis, 3, squama ovarii, 4, tuberculum cum spinis; omnes figurae magnitudine naturalis sunt.

150. *Opuntia atacamensis* Ph. O. ramis, ovatis, circa pollicem longis, 9 lin. latis, in glomus diametri interdum bipedalis et pedem altum contextis; verrucis a basi ad apicem circa 5—7-seriatis, inferioribus unice lana et aculeis setiformibus brevissimis tectis; superioribus spinam erectam, 9—12 lin. longam, flavam vel rufam, et 2—4-radiantes dense adpressas, modo 1 lineam longas exhibentibus; flore luteo.

Unice in locis elevatis centralibus deserti crescit. Primum eam ad aquam Profetas dictam (24°45' lat. m. et 9000 p. s. m.) et quidem raram, deinde in montibus Pingopingo (23°40' lat. m. et 10800 p. s. m.) vidi, sed satis frequens ad fontem Puquios (23°50' et 10800 p. s. m.) occurrit.

151. *Opuntia*.

152. *Opuntia*.

Duae species humiles, habitu prioris, in tractu litorali a porta Cachinal de la Costa usque ad Cobre 24°15' lat. m. occurrunt, et partim frequentissimae sunt. Altera, spinis magnis albis aut flavis horrida prope Hueso parado praesertim magnos tractus terrae occupabat. Altera,

quae articulos cylindricos, et aculeos diametrum articulorum saltem pollice superantes, virides, et flores extus rubros habet, in regione glareosa inter Cachinal de la Costa et Cachiynyal frequentissima erat.

153. *Opuntia vulgaris* Mill. Gay III. p. 24.

Prope aquam de los Perales dictam in valle Guanillo vidi, sine dubio tempore antiquo culta.

Umbelliferae.

154. *Azorella depauperata* Ph. A. caule multicapite, laevissimo; foliis pedunculatis, trifoliatis, foliolis lanceolatis vel linearibus, trifidis, integris, sub integris; pedunculis brevissimis; umbella 6—10-flora; foliolis involucri 6—7, parce ciliatis.

Ad aquam Varas dictam (24°38' lat. m., 9700 p. s. m.) in caespite occultum inveni. — Radix nigra multiceps, crass. pennae corvinae vel gallinae; caules subterranei, vix 6 lin. longi; foliorum petiolus modo 5—6 lin. longus; lamina 2 lin. longa; pedunculus communis 2 lin., pedicelli totidem longi. — Satis distincta videtur ab *A. trifoliata* Clos foliis longe minoribus, petiolis brevioribus, lamina minus partita; umbellis breviter pedunculatis, paucifloris.

155. *Mulinum crassifolium* Ph. M. suffruticosum aut fruticosum; ramosissimum, caespitosum; caule a foliis omnino tecto; foliis brevibus, rigidis, carnosis, crassis, apice trifidis; umbellis lateralibus, in apice ramulorum abbreviatarum, subquinquefloris; involucri subpentaphylli foliolis scariosis, lineari-lanceolatis; pedicellis brevissimis, dimidium involucri vix aequantibus; fructibus ovatis tetrapteris.

Unice in monte Alto de Puquios 23°52' lat. m. et 12500 p. s. m. reperi. — Indis Atacamensibus Zucurco audit.

Caespites densi, hemisphaerici, 1-pedales et majores; rami 6—8 poll. longi, crassitie fere digiti minoris, vaginis emarcedis fuscis vel viridibus, nunquam albis, tecti; folia vix 4 lin. longa; lamina $1\frac{1}{2}$ —2 lin. lata, lacinae fere 1 lin. latae; pedicelli $\frac{1}{2}$ lin., fructus $1\frac{1}{2}$ —2 lin. longi.

156. *Gymnophytum foliosum* Ph. G. caule flexuoso, ramosissimo, divaricato; foliis elongatis, trifoliatis; foliolis filiformibus, trifidis, bifidis, vpl integris; umbellarum trifidarum radiis abbreviatis, spinescentibus; floribus paucis, subsessilibus; fructibus ovato-oblongis.

In valle Tartal legi (ad c. 25°25' lat. m.) — Radix crassa, albidula, simplex, caules plures emittens univel bi-pedales, striatos, teretes; folia $2\frac{1}{2}$ poll. longa, 1 poll. lata, sed lacinae et petiolus communis vix $\frac{1}{2}$ lin. lata; petioli 15 lin. longi a lamina non distincti; folia superiora breviora, ad basin umbellarum demum rudimentaria, fere lineari-subulata; fructus vix $1\frac{1}{4}$ lin. longus.

157. *Gymnophytum spinosissimum* Ph. G. subaphyllum; caule dichotome ramoso, divaricato, tereti; ramis extremis in spinam brevem terminatis; umbellis terminalibus, 4—6-floris; pedicellis abbreviatis; fructus mediocrius albis parum dilatatis.

Ad aquam Profetas dictam (24°45' lat. m., 9180 p. s. m.) crescit. — Caulis bipedales, vix striati; folia admodum rara, linearia, 2 1/2 lin. longa. Involucrum generale squamis 3 vel 4 parvis, 1/3 lin. longis formatum, partiale e foliis setaceis compositum, pedicellis vix 3/4 lin. longis multo brevioribus; fructus 1 1/2 lin. longi, vix ultra 1 lin. lati. — A. G. flexuoso Clos praeter alias notas caule vix striata et fructibus oblongis neque orbicularibus distinguitur.

157 b. *Gymnophytum flexuosum* Clos.

Ad rupes prope Chanaral bajo legi.

*Ereochaeris**) Ph. n. g.

Umbellae compositae; flores hermaphrodit. Calyx valde conspicuus, dentibus ovatis, persistentibus. Petala erecta, lutea, basi ovata, dorso callosa, apice elongato, valde acuminato, involuto. Stylopodium distinctum, parum elevatum. Styli filiformes erecti aut aliquantum divergentes, ovarium aequantes; fructus tetragonus, lateribus excavatus, a dorso inspectus oblongus, a latere inspectus obovatus; mericarpiis fere triquetra, quinquejuga, jugis filiformibus; duobus dorsalis fere alato prominentibus, intermediis a latere conspicuis. Vitae nullae. Commissura filiformis. — A. Mulino et Elsneria petalorum apice inflexo, a *Gymnophyto* fructu haud alato differt. — Cfr. Tab. II. fig. B. 1, radius umbellae, basi foliolo involucri fultus; 2, fructus immaturus, magn. naturali; 3, idem a dorso visus cum foliolo calycino, auctus; 4, idem a latere visus, auctus; 5, petalum cum stamine, auctum; 6, sectio transversa fructus; 7, pars caulis cum folio magn. naturali.

158. *Ereochaeris fruticosa* Ph.

In vallibus haud procul a mari distantibus las Animas et Cachinal de la Costa dietis (26°26'—26°4' lat. m., 1000—1700 p. s. m.) inveni. — Frutex orygalis, glaberrima, glaucus; rami crassitie pennae anserinae, teretes, virgati, cinerei; internodia 3—4-pollicularia; folia 18 lin. longa, ultra medium nuda, crassa, subbipinnatifida; pinnis bijugis, laciniato-incisis, laciniis demum brevibus, acutis, mucronatis, 1 lin. longis. Umbellae 4—5-radiatae, radiis circa 18 lin. longis; involucrum 3—5-phyllym, foliolis ovatis, acuminatis, fere 3 lin. longis; involucellum 5-phyllym, foliolis oblongo-ovatis, pedicellis subaquantibus; fructus 1 lin. longus.

Domeykoa Ph.**) n. g.

Umbellae simplices. Flores hermaphrodit. Calyx quinque-dentatus, dentibus minimis, fere obsolete. Petala ovata, acuta, plana. Stamina filamenta brevissima. Stylopodium subnullum: Stigmata brevissima, recta, divaricata. Fructus subtetragonus, lateribus compressus, excavatus, dorso planus; a latere inspectus ovatus, a dorso oblongus;

mericarpiis triquetra; juga quinque, intermedia angulos acutos mericarporum formant, lateralia inter hos angulos et commissuram mediana sunt; superficies superior ad centrum declivis est; commissura angusta est; vittas non video. — Cfr. Tab. II. fig. C. 1, summitas cum ramulo, magnitudine naturali; 2, flos, auctus; 3, petalum, magis auctum; 4, stamen auctum; 5, fructus immaturus, auctus; 6, idem magnitudine naturali; 7, idem maturus, a dorso visus, auctus; 8, idem a latere visus, auctus; 9, sectio transversa ejusdem; 10, folium e parte inferiori caulis, magnitudine naturali.

159. *Domeykoa oppositifolia* Ph.

In valle Cachinal de la Costa, (26°4' lat. m. 1700 p. s. m.) neque alibi legi. — Planta annua, glabra. Radix tenuis, albida simplex. Caulis a basi dichotome ramosi, humifusi, ramis virgatis, tenuibus; internodia tripollicaria; folia opposita, petiolata, petiolo 5—6 lin. longo, haud vaginante; lamina fore 9''' lata, 6 lin. longa, ovata, tripartita seu trifoliata, foliolis iterum profunde tripartitis, lacinia intermedia plerumque trifida, lateralibus biddis, omnibus fere angulo recto divaricatis, acutis, fere linearibus. Umbellae in dichotomis subsessilibus aut terminalibus, 10—20-florae; pedicelli raro 1 lin. longi; involucrum foliolis setaceis, pedicellis aequantibus c. 6 formatum; petala albida, limbo atropurpureo, fere nigro; fructus 2/3 lin. longus.

160. *Bustillosia chilensis* Clos. Gay III. p. 108.

In arena aridissima littoralis ad Calderam, portum Copiapuino et locis arenosis aridis inter Cachinal de la Costa et Hueso parado inveni. Differt nostra ab icone a cl. Gay t. 32 data foliorum lacinii longioribus, longe tenuioribus, et forte, si specimina conferre liceat, alias differentias invenies. Tunc nostram *B. filifolia* vocarem. Est quinque-pollicularis, erecta, glabra, corymbosoramosa; folia bipinnatifida, caulina occupata 15 lin. longa, cujus longitudinis petiolus 10 lin. occipit, 6 lin. lata, ambitu suborbiculari; laciniae elongatae filiformes, 1 lin. longae, 1/4—1/2 lin. latae (in icone Gayana folia longe minus divisa, laciniae duplo latiores); umbellae circa 40-florae; fructus 1 lin. longi.

B. chilensis vera prope Concepcion in pratis humidis, igitur in loco valde distincto occurrit.

161. *Eryngium putchellum* Ph. E. annuum, glabrum caule humili, dichotomo; foliis caulinis cuneatis, apice trifidis, dentibus late ovatis, triangularibus, subaristatis; foliis superioribus oppositis; capitulis breviter pedunculatis; involucris foliolis lanceolatis, parum acutis, flores duplo superantibus; paleis parum acutis, flore suo vix majoribus.

Prope Hueso parado (25°24' lat. m. et 760 p. s. m.) duo specimina inveni. — Majus 2 1/2 poll. altum; folia ima emarceda, caulina superiora 6 lin. longa, apice 2 1/2 lin. lata, exacte cuneata; pedunculis 3—3 1/2 lin. longi, in-

*) *Verbes*, desertum, *záqis* gaudium.

**) Dixi in honorem cl. Ignatii Domeyko chymices et mineralogiae in universitate Santiagina professoris.

volucra aequantia; apex palearum et petala pulchre caelestia; fructus papillis albis obtusis sub lente pulchre punctatis, longe majoribus et obtusioribus quam in *Eryngio anomalo* dense vestitus est; calycis foliola ovata, obtusiuscula, dorso papillosa, marginibus caerulea sunt. — Ab *E. anomalo* Hook et Arn. paleis brevioribus, foliolis calycinis multo minus elongatis, minus pungentibus, papillis fructum vestientibus etc. differt.

162. *Helosciadium deserticola* Ph. H. annuum, glaberrimum; caule diffuse ramoso; foliis ambitu triangularibus, ternato-multisetis; lobis linearibus acuminatis; caulibus omnibus petiolatis; umbellis oppositifoliis, 2—3 radiatis; radiis folium aequantibus vel subsuperantibus.

Prope *Hueso* parado legi, sed ni fallor etiam prope *Paposo* vidi. — Rami 7—8 pollicares; foliis inferioribus petiolus 8 lin. longus, lamina 5 lin. longa, 8 lin. lata; radii umbellae 7 lin.; pedicelli circa octo, 2 lin. longi. — Differt ab *H. leptophyllo* laciniis foliorum brevibus, haud filiformibus etc. et ab *H. laciniato* radiis elongatis umbellae.

163. *Ligusticum Panul Bert.* Gay III. p. 131.

Ad aquas in declivi montium litoralium stillantes, *Panul* et *Miguel Diaz* dictas crescit, inter 25° et 24°30' lat. m.; incolis *Panul*.

164. *Daucus australis* DC. Gay III. p. 136.

Frequentissimam hanc plantam Chilensem in regione herbifera litoral, ad *Hueso* parado, *Paposo* etc. legi.

Rubiaceae.

165. *Cruikshanksia tripartita* Ph. Cr. annua, subvillosa, cinerea; caule plerumque tripartito; foliis oblongis, acutis, inferioribus distantibus, sat longe petiolatis, supremis distincte trinerviis; stipulis e basi ovata subulatis, fimbriato-ciliatis; floribus subumbellatis; laciniis calycinis duabus longe stipitatis, cordatis, suborbicularibus, mucronatis, haud emarginatis; reliquis parvis, subulatis; tubo corollae filiformi, pubescente.

In parte meridionali deserti frequens est, a. gr. ad las Animas, Pan de Azucar, Cachinal de la Costa, Tartal, sed etiam ad Chañaral bajo (4000 p. s. m.); incolis *Rosa* audit, et laciniis calycinis luteis vel albis variat.

Diu pro *Cr. hymenodonta* Hook et Arn. habui, sed differt: pubescentia minus densa; foliis longe angustioribus; corollis modo pubescentibus, non albo-lanatis; tubo superius non inflato, duratione annua etc.; a *Cr. Montiana* a duratione annua, foliis basi distantibus, stipulis minime permanentibus, coalitis, scariosis, colore cinereo, foliolis calycinis haud emarginatis; a *Cr. pumila*, quaecum duratione annua convepit, ramis elongatis decumbentibus, pubescentia cinerea, foliolis calycinis emarginatis. — Radix simplex, tenuis, pallide fusca; ramus centralis plerum-

que erectus 1—2-pollicaris, laterales divaricati, decumbentes, 3—6-pollicares; folia inferiora, incluso petiolo, 13 lin. longa, 2½ lin. lata; foliola calycina diam. 5 lin. habent.

Valerianeae.

166. *Valeriana pubescens* Ph. V. suffruticosa, tota hirta; caulibus erectis, simplicibus, teretiusculis; foliis infimis longe petiolatis, integris, plerisque vero pinnatifidis; lobis foliorum inferiorum ovatis, repando dentatis, superiorum oblongo-linearibus; paniculae laxae ramis dichotomis; fructibus valde compressis, dorso concavis et pilosis; calyce plumoso, fructum aequante.

In regione herbifera litoral ad *Hueso* parado et *Paposo* (25° lat. m.) legi. — Planta 1—2-petalis; folia infima plerumque emarcida, petiolum 30 lin. longum et limbum obovatum vel orbiculare integerrimum ostendunt; sequentibus limbus ovatus, petiolum aequans, tripartitum est; deinde folia profunde pinnatifida, bijnca trijnca etc. invenies. — A *V. velutina* Clos pilis multo longioribus, panicula minus ampla, floribus majoribus (?), fructu in latere concavo fere albo-villosa; calyce explanato plumoso etc. discrepat.

Boopideae.

167. *Boopis caespitosa* Ph. B. dense caespitosa, glaberrima; radice crassa, multicipite; foliis crassis, longe-petiolatis, oblongis, profunde pinnatifidis; laciniis linearibus, apice rotundatis; pedunculis folia aequantibus, nudis, aut uno alterove folio superius munitis; foliis involucri circa 5, usque ad medium connatis; achaenio quinque-costato, dentibus 5 acutis terminato; corolla longissima, dentibus 5 brevissimis terminata; staminibus inclusis; stylo exerto.

Ad *Riofrio* (24°50' lat. m., 10500 p. s. m.) legi. — Radix 4 lin. crassa, albidus; petiolus 17 lin. longus, lamina 7 lin. longa, 2½ lin. lata, lobis utrinque 2—4; involucrum 3 lin. long.; corollae 4¼ longae; achaenia 1¼. Paleae certissime adsumt, etsi paucae, 2—3 spatulatae vigides, 3—4 filiformes, minutae.

Synanthereae.

a) Labiataeflorae.

168. *Chuiriraga acicularis* Don. — Gay III. p. 278. Frequens in arenosis litoralibus, Caldera, las Animas etc., usque ad el *Cobre* (24°16' lat. m.)

Urmenetea Ph.* n. gen.

Capitulum multi-florum, heterogamum, radiatum. Involucrum semiglobosum, squamis multiseriatis, linearibus, conformibus. Receptaculum nudum; flores radii circa 20, feminei, labiati, labio exteriori ligulaefloro, tridentato, interiore dimidio brevioro, bipartito, laciniis setaceis erectis; flores disci tubulosi, circa 30, regulares, tubo basi

*) Dixi in honorem cl. Hieronymi Urmenetae, societatis ad promovendam agriculturam praesidis, cui quondam suprema vegetigalium administrandorum custodia erat tradita.

constricto, dentibus 5, brevibus revolutis. Stamina sterilia florum radii setae subulatae in faucibus emergentes; fertilia disci alata et caudata; ala sat elongata, oblongo-lineari, caudis integris. Stylus florum femineorum superior incrassatus, cylindricus, ramis brevissimis, crassis, glabris; florum hermaphroditorum gracilior, ramis longioribus extus papillosis. Achaenia conformia, quinque-costata, glabra. Pappus duplex, interior setis quinque rigidis elongatis, exterior setis plurimis exterioribus brevioribus formatis; setae hispidae. — Cfr. Tab. III. A. Ramus magn. naturali; 1, flosculus radii, magnit. naturali; 2, corolla ejusdem aucta; 3, stylus ejusdem, auctus; 4, flosculus disci, magn. nat.; 5, anthera ejusdem, aucta, 6, stigma ejusdem, auctum; 7, fructus magn. nat.; 8, palea ejus, aucta.

169. *Urnenetia atacamensis* Ph.

Prope oppidum S. Pedro de Atacama (23°26' lat. m. et 7400 p. s. m.) in detritu rupium occurrit.

Planta annua, 3—4-uncialis; Caulis e basi ramosus, humilis, dense albo-lanatus; folia petiolata, petiolus 10—12 lin. longus; limbus 13 lin. longus, 11 lin. latus, suborbicularis, dentatus, rugosus, supra arachnoideus, subtus albo-tomentosus. Pedunculii nudi, axillares, folia superantes, bracteam unam alteramve gerunt. Diametros capituli 10 lin., squamae involucri 5—6-seriales, lineares, tomentosae; ligulae rosaeae, extus lanatae, 7 lin. longae; flosculi disci roseo albidii. Pappus basi aureus, versus apicem fulvus, denum omnino fulvus.

Chondrochilus Ph. n. gen.

Capitulum multiflorum, heterogamum, radiatum, involucrem campanulatum, involucrem, squamis multiseriatis, linearibus, margine scarioso formatum. Receptaculum nudum. Flores radii circa 15, feminei, bilabiati, labio exteriori liguliformi, tridentato, inferiore filiformi 1/4 exterioris aequante. Flores disci circa 30, hermaphroditii, tubulosi, regulares, quinque-dentati; dentibus erectis. Stamina sterilia florum radii ad setas quinque subulatas effloatas exsertas redacta; Antherae florum hermaphroditorum disci alatae et caudatae; ala linearis, caudae elongatae. Styli conformes, ramis brevissimis erectis, obtusis, glabris. Achaenia conformia, glabra; pappus pluriserialis, altissimus, pilosus, pilis sub lente serratis. — Vide tab.

III. B. Ramus magnit. naturali. 1, flosculus radii magnit. naturali; 2, idem, auctus; 3, stylus ejusdem, auctus; 4, flosculus disci, magn. naturali; 5, idem auctus, absque pappo; 6, stamen ejusdem, auctum; 7, pars pili cujusdam pappi, valde aucta.

170. *Chondrochilus involucreatus* Ph.

In montibus Pingo-pingo (23°40' lat. m., 10700 p. s. m.), ad aquam Yaquillas dictam (25°7' lat. m., c. 9000 p. s. m.) legi. — Planta annua, humilis, decumbens, e basi ramosa; rami bipollicares, monocephali, pilis albis longissimis dense vestiti. Folia c. 3 lin. longa, 1 1/2 lin. lata, petiolata, ovato-rhombica, integerrima, acutiuscula, margine incrassato, cartilagineo. (ut in *Tyllomate*), ante capitulum

confertissima, involucrem. Squamae involucri extus lanatae, tricolores, centro virides, roseo limbatas, margine scarioso albidas. Ligulae extus villosae, albidas, cirrus violaceus, stylus atropurpureus. Corollae disci basi flavescens, ad apicem violaceae, dentibus tamen apice flavis.

Gypothamnium Ph. n. v.

Capitulum multiflorum, heterogamum, radiatum. Involverum multiseriatum, imbricatum, late campanulatum. Receptaculum planum, nudum. Flores radii circa 20, feminei, bilabiati, profunde fissi; labio exteriori tridentato, inferiore duplo breviori, bipartito, lacinias filiformibus. Corollae disci circa 40, hermaphroditae, tubulosas, quinque-fidae, regulares, lacinias revolutis. Antherae florum femineorum disci longe exsertae, effloatae, liberae; florum disci hermaphroditorum vero antherae alatae et caudatae, alis sc. linearibus et caudis elongatis, pilosis auctae sunt. Stylus florum radii ramis brevissimis, erectis, obtusis, glabris, longe exsertus, stamina superans. Stylus florum hermaphroditorum stamina aequans, ramis brevibus, erectis, fere conformis cum stylo florum femineorum. Achaenia villosissima; pappus pluriserialis, setis inaequilongis serratis. — Vide Tab. III. C. Flos magnit. naturali; 1, flosculus radii, magn. nat.; 2, corolla floris disci explicata; 3, eadem lacinias explicatae; 4, anthera ejusdem aucta; 5, stylus auctus; 6, pilus pappi, auctus.

171. *Gypothamnium pinifolium* Ph.

In alveis sicis prope las Animas 26°26' lat. m., Cachinal de la Costa 26°4' lat. m., Tartal 25°25' lat. m., in valle Guanillo supra Papos 25°2' lat. m. etc. 2500 p. s. m. crescit, incolis Palo de Jote.

Frutex 3—4-pedalis, nigricans, satis ramosus. Rami teretes, cicatricosi, sub capitulo anni praecedentis verticillati, vix ultra 6 poll. longi. Folia atroviridia, conferta, erecta, filiformia, glabra, 15 lin. longa, 1/2 lin. lata. Capitula in apice ramorum solitaria, magna, diametri 15 lin. Squamae involucri auctae, adpressae, subcarinatae, glabrae, exteriores ovato lanceolatae, interiores lineares. Corollae obscure violaceae, radii 9 lin. longae, disci 8 lin.; achenia 2 lin. longae, pappus 5 lin. longus, pallide flavus.

Jobaphes Ph. n. gen.

Capitulum multiflorum, heterogamum, discoideum. Involverum turbinatum, pluriseriale. Receptaculum planum, nudum. Corollae circa 20, omnes tubulosae, quinquefidae, lacinias linearibus revolutis, tribus plerumque majoribus. Flores radii circa 7, antheris effloatis abortivis, liberis, lacinias floris brevioribus, stylicae ramis erectis, obtusis, glabris, longe exsertis distincti. Antherae florum hermaphroditorum alatae et caudatae; ala oblongo-lineari, caudis elongatis glabris. Stylus florum femineorum ramis brevibus, obtusis, glabris; ille florum ♂ inclusus, ceterum conformis. Achaenia dense villosa. Pappus pluriserialis, setis inaequilongis, serratis, longioribus apice paululum crassioribus. Vide Tab. IV. fig. C. Extremitas rami, magn.

natur.; 1 et 2, flosculi fertiles magn. nat.; 3, pars flosculi feminei e radio, aucta cum staminibus duobus abortivis; 4, anthera aucta; 5, stylus auctus; 6, fructus; 7, folium caulium explicatum, magn. natural.

172. *Jobaphes virgatus Ph.*

Inter Chulo et Copiapó c. 2000 p. s. m. crescit. — Planta suffruticosa, 2—3 pedes alta, albo tomentosa, ramis virgatis, monocephalis. Folia crassa, sessilia, oblonga, integerrima, inferiora 11 lin. longa, 2 lin. lata. Diam. capitulorum 6 lin. Squamae calycinae acutae, exteriores ovato lanceolatae, interiores sensim longiores, sublineares. Corollae violaceae 5 lin. longae. Achaenia 2 lin. longa; pappus flavescens fere 5 lin.

Oxyphyllum Ph. n. gen.

Capitulum 8—10-florum, homogamum, discoideum. Involucri cylindrici squamae pluriseriales, foliaceae, interiores flores externos involventes. Receptaculum convexum, epaleaceum. Corollae omnes hermaphroditae, bilabiatae; labium exterius latius, deflexum, interius aequo longum, angustius, apice involutum. Antherae alatae caudataeque; ala et caudis saecum antherae aequantibus. Stylus basi bulbosus, ramis longis, revolutis; apice truncatis. Achaenium eroste, dense arachnoideo-villosum. Pappus plumosus. — Ad Nassauviaceae pertinere videtur. Cfr. Tab. IV. A. Ramus magn. naturalis; 1, flosculus magn. nat.; 2, idem, stylus auctus; 3, stamen, magis auctum; 4, stylus, auctus; 5, fructus, magn. naturalis; 6, folium caulium magnit. naturalis, a latere inferiore visum.

173. *Oxyphyllum ulicinum Ph.*

In glareosis etc. regionis litoralil ad Cachinal de la Costa, Paposo etc. occurrit. — Frutex 3—4 pedalis, erectus, glaber. Folia conferta, sessilia, exstipulata, oblonga, acuta, utrinque sinuato-dentata, dentibus plerumque utrinque duobus, apice dentibusque pungentibus; majora 10 lin. longa, 3 lin. lata; juniora fasciculata, revoluta, integerrima. Capitula ad apicem ramorum conferta, corymboso-capitata, ovata, 3½—4 lin. longa; squamis fuscis, arachnoideo-lanatis, mucronatis, exterioribus brevioribus ovatis, interioribus oblongis. Corollae 3½ lin. longae, pallide violaceae, antheram alae et styli obscure violacei.

174. *Proustia Typia Ph.* Pr. frutex glaberrimus, erectus; foliis ovatis, in petiolum attenuatis, margine spinoso dentatis; inflorescentiae ramis horizontalibus spinosis.

Legi potest in variis locis regionis herbiferae litoralil ad Hueso parado et Paposo; Decembris vix gemmae florales aderant. Incolis *Typia* audit. Frutex ergyalis, habitu Pr. baccharoidis Don. Rami fulvi, striati, nitidi. Folia nitida, 12 lin. longa, cujus longitudinis petiolum fere quartam partem occupat, 6—6½ lin. lata, spinis utrinque 6—7; summa integerrima, modo mucronata sunt. Rete dense nervorum exacte ut in affinis. Paniculae pyramidatae caeca triplicatae, ramis valde striatis, bracteam unam alternatim lineari-setaceam gerentibus.

175. *Tyloma glabratum DC.* — Gay. vol. III. p. 317.

Frequens in regione litoralil a Pan de Azucar usque ad Tartal.

175b. *Polyachyrus niveus DC.* Gay III. p. 373.

In arenosis litoralibus Calderae, portus Copiapinorum rarus non est.

176. *Polyachyrus roseus Ph.* P. ramosissimus, glanduloso-pilosus; foliis confertis, amplexicaulibus, supra cinereis, subtus niveo-arachnoideis, linearibus; pinnatifidis, laciniis brevibus, vix longioribus quam latis, saepe basi lobulo acutis, apice rotundatis, integerrimis, margine revolutis; ramis monocephalis; glomerulis capitulorum suborbicularibus; floribus pulchre roseis.

In rupibus litoralibus ad Chañaral de las Animas, sed etiam in valle las Animas dicta. — Internodia brevia, vix pollicaria. Folia 25 lin. longa, modo 7 lin. lata, laciniis utrinque circa 7. Bracteae acutae, planae, glandulosae, sed non hispidae. Squamae involvendi oblongae, obtusae, glabrae. — Foliis confertis, internodiis brevibus, caule ramosissimo cum P. niveo DC. convenit, sed foliis simpliciter pinnatifidis ramisque minime niveo-tomentosis facillime distinguitur; A P. Gayi caule ramosissimo, foliotissimo, lobis foliorum nunquam deorsum flexis, pubescentia longiore, glanduloso-viscosa, a P. Pöppigii Kunze lobis foliorum integerrimis, parvis, neque latis, dentato-spinulosis differt.

177. *Polyachyrus carduoides Ph.* P. dense pubescens, glandulosus, viscosus, graveolens; caule ramoso, polyphylo; foliis amplexicaulibus, lineari-oblongis, pinnatifidis; laciniis ovatis, spinoso-dentatis, supra hirtis, viridibus, subtus araneosis, albidis; glomerulis ad apicem caulis fere cymosis; bracteis glanduloso-hirtis.

In valle Sandon dicta, in centro deserti 25°4' lat. m. et c. 9000 p. s. m. a me lectus est. — Folia fere 24 lin. longa, 9 lin. lata; lacinae usque ad 3½ lin. latae, dentibus utrinque 1—2 apiceque acuminatis, spinosis. A P. Pöppigii Kunze velle arachnoideo omnino deficiente, pilis vero patentibus glutinosos confertis et lobulis spinas paucas magnas gerentibus abunde differt videtur.

178. *Chabrata modesta Ph.* Ch. annua, ramosa, humilis; arachnoidea, cinerascens; foliis oblongis, in petiolum attenuatis, repando-dentatis, inferioribus saepe profundius sinuatis, supremis sessilibus, saepe tripartitis, foliolis integerrimis, linearibus, imo subulatis; floribus fere corymbosis; pedunculis 1—2-pollicaribus, unifloris; squamis involvendi glabris, margine scariosis; floribus albis.

In valle Cachinal de la Costa 26°4' lat. m. et c. 1700 p. s. m. crescit. Planta caeca 6-pollicaris; internodia superiora 1½-pollicaria; folia inferiora 13 lin. longa, 5 lin. lata, saepe fere runcinata, dentibus utrinque tribus; capitula 3 lin. longa. — Ch. glandulosa Don et cinerea DC. foliis amplexicaulibus, prior etiam involucreo lanuginoso, Ch. tomentosa foliis subtus albo-tomentosis etc. differunt.

b) *Cichoriaceae.*

179. *Achyrophorus glaucus* Ph. A. glaberrimus, glaucus; ramis strictis, monocephalis; foliis coriaceis, linearibus, gemmam floccosam saepe in axilla foveitibus inferioribus subuncinatis; supremis integerrimis; squamis involucri archoideo-floccosis; paleis angustis, apice longo, filiformi terminatis.

Ad aquam Profetas dictam 24'95' lat. m. et 9000 p. s. m. inveni. Caulis 1-pedalis, basi ramosus. Folia inferiora 3 poll. longa, 4½ lin. lata, lobulis brevibus utrinque circa 5, retroflexis; superiora 20 lin. longa, modo 1½ lata. Involucrum 8 lin. longum, 5 lin. crassum. Ab A. andino DC. foliis coriaceis, squamis involucri glabris, ab A. tenuifolio DC. paleis angustis etc. differt. Achaenia matura non vidi.

180. *Achyrophorus grandidentatus* Ph. A. glaberrimus, subacaulis, rhizomate sc. crasso, multicapite; foliis omnibus radicalibus, tenuibus, densissime reticulatis, ovatis, acutis, in petiolum brevem attenuatis, margine dentibus paucis, grandibus munito; pedunculo nudo, bracteis modo linearibus subscariosis aliquot vestito; squamis involucri dorso pilosis.

In valle las Animas dicta reperi (26°26' lat. m.), incolis Renca et Serra jilla. — Radix fusca, 6 lin. crassa; folia 2½ poll. longa, 1 poll. lata; dentes utrinque quatuor saepe antrorsum versi; pedunculus 6—8-pollicaris, bracteolis circa 6—8, 3½ lin. longas sub capitulo congestas gerit; diam. capituli 10—12 lin.; achaenia longe rostrata, sulcis 5 divisa; paleae lanceolato-subulatae. Habitus A. chrysanthi DC. vel A. Scorzonerae DC. est; a priore achaeniis longe rostratis, a secundo glabritie, ut alias notas taceam, facile distinguitur.

181. *Achyrophorus foliosus* Ph. A. caule glabro, striato, valde ramoso, folioso; ramis monocephalis, apice nudis, sub capitulo hispidis (junioribus saepe albo-floccosis); foliis inferioribus oblongis, acutis, in petiolum brevem attenuatis, grosse dentatis, spinuloso-ciliatis et pilis brevibus, rigidis hinc inde adpersis; canaliculis semiamplexicaulis, sagittatis, basi inciso-dentatis, deinde integerrimis; squamis involucri dorso hispidis; margine albo-floccosis, nigricantibus; paleis angustis, subulatis.

In regione littoralis herbifera occurrit ad Cachinal de la Costa, Paposo et. — Caulis 1-pedalis, crassitie pennae asnerinae. Folia inferiora 5 poll. longa, ultra 1 poll. lata. Involucrum 7½ lin. longum. Achaenia (immatura) breviter rostrata.

182. *Sonchus asper* Hall. S. fallax Wallr. Gay III. p. 458.

In regione herbifera e. g. ad aquam Miguel Diaz dictam vidi; incolis Nilgue.

c) *Eupatoriaceae.*

183. *Eupatorium foliolosum* DC. Gay III. p. 475. Frequens in regionibus littoralibus, in arena velut ad

Caldera sive in vallibus, usque ad Miguel Diaz; in interiore deserti desideratur.

184. *Eupatorium Remyanum* Ph. En. suffruticosum, pills articulis puberulum; ramis teretibus, superius densius glanduloso pubescentibus; foliis alternis oppositave, petiolatis, subcordatis, late triangularibus, obtusiusculis, grosse crenatis, crenaturis saepe mucronatis, supra glabris, trinerviis; cymis circa 20-floris; pedicellis bracteatibus; squamis involucri biserialibus, circa 15, lanceolato-linearibus, apice mucronato-cuspidatis et fimbriato ciliolatis, trinerviis; flosculis circa 25, involucrum subaequantibus; corollis albidis, glabris; achaeniis costatis, praesertim in costis pectinato-scabris.

Prope Miguel Diaz etc. occurrit. — Caulis 2—3 pedales; petioli 12 lin. longi, lamina foliorum 12 longa, 14 lin. lata, dentibus utrinque circa 9; bractae lineares, plerumque 1—2 minutae in pedicellis aut ad basin capitulorum; pedicelli 3½—4 lin. longi, involucra 3 lin. longa. — Fere unico foliis latoribus, apice haud productis ab Eu. glechonophyllo differt, an mera varietas? sed transitus non vidi.

185. *Stevia menthaefolia* Ph. St. suffruticosa, ramosa, dense glanduloso-pubescentis; foliis sessilibus, oblongo-lanceolatis, serratis, basin versus integerrimis; floribus fasciculato-corymbosis, basi bracteatibus; squamis involucri quinque, linearibus, acutis, dimidium flosculorum aequantibus; flosculis quinque, achaeniis valde costatis; pappi setis decem, scabris.

Prope Cachinal de la Costa (26'94' lat. m. 1700 p. s. m.) crescit. Caulis raro pedem altus, 1 lin. crassus; folia pollicem longa, circa 3½ lin. lata, dentibus 5—8 utrinque munita, basi attenuata; capitula breviter pedunculata, ad basin bractea una alterave, squamae involucri simili munita, fere 3 lin. longa; flosculi 5 lin. longi; pappus immaturus flavescens, flosculos aequans.

186. *Stevia hyssopifolia* Ph. St. humilis suffruticosa, glanduloso-hirtella; foliis parvis, linearibus, patulis, adpresseserratis, obtusis; floribus fasciculato-corymbosis; achaeniis valde costatis, costis hirtis.

In eadem regione herbifera littoralis ad Hueso parado 25°26' lat. m. et Paposo 25° legi. — Caulis 9—12-pollicares, graciles, virgati, vix ultra ½ lin. crassi; folia sparsa, 9—10 lin. longa, inferiora 1—1¼ lin. lata, superiora angustiora; dentibus utrinque 3—4 munita. Involucrum 3 lin. longum; flores 5 lin. Pappus purpureus setis decem constans, 2¼ longus; achaenia fere 2 lin.

d) *Astereae.*

187. *Erigeron paposum* Ph. E. perenne?; caule gracili, erecto, setis adpressis hispido-sculo; apice laxo corymboso; ramis foliatis, apice 1—3-cephalis; foliis strigosis, distantibus, inferioribus oblongo-linearibus, in petiolum longum attenuatis, serrato-dentatis, dentibus utrinque circa 4; squamis involucri subulatis, extus hispidis, disco

aequalibus; ligulis albis, disco vix longioribus; achaenio undique hispido.

Prope Paposo inveni. — Caulis pedalis, 1 lin. crassus. Folia inferiora $3\frac{1}{2}$ —4 poll. longa, $3\frac{1}{2}$ —4 lin. lata, suprema linearia, integerrima. — Pedicelli $1\frac{1}{2}$ —2-poll. caes. Squamae involucri 2 lin. longae. — Ab E. Berteroano DC. propter folia distantia et inflorescentiam ut videtur simili, foliis inferioribus dentatis, involucri squamis hispidis, ligulis brevioribus; ab E. sulcato Meyen, quod pariter in herbario deest, foliis dentatis et achaeniis undique hispidis abunde distinctum videtur.

188. *Haplopappus Rengifoanus* Remy. Gay. III. p. 43. Prope Cachinal de la Costa (26°4' lat. m. 1700 p. s. m.) legi.

189. *Haplopappus rigidus* Ph. H. glutinosus, graveolens; caule fruticoso, ramosissimo, hirsuto; ramis moncephalis, densissime foliatis; foliis rigidis, oblongis, inferioribus basi attenuatis, supremis plerumque basi lata amplexicaulibus, omnibus puberulis, verrucosis, serrato-dentatis, dentibus mucronato-spinosis; pedunculo villosulo, breviusculo, foliis distantibus, minoribusque vestito; squamis involucri linearibus, acuminatis, glanduloso-pilosis; achaeniis sericeo-villosis; pappo flavo.

In deserto Atacamenso centrali variis locis ad altit. c. 9000 ped. s. m. occurrit e. g. ad Alto de Varas (24°35' lat. m.) — Caulis 1—2-pedalis, foliis siccis, luteis haud deciduis; folia 9 lin. longa, 4—5 lin. lata, nitida velut melle illinita; diametros capitulorum 15 lin. Involuerum 4—5 lin. longum.

190. *Baccharis Tola* Ph. B. fruticosa, ramosissima, glaberrima, viridi-lutea, glutinosa, graveolens; ramis squamoso-cicatricosis; foliis parvis, cuneatis, stellato-quinque-dentatis, punctatis, uninerviis; capitulis in extremitate ramulorum sessilibus, solitariis; squamulis involucri masculinariibus, apice fimbriato-ciliatis, purpurascensibus; pappo florum ♂ aequali, serrato; squamis involucri femineo similibus, flavescensibus, nervo medio viridibus; pilis pappi capillaceis, vix scabris; achaenio exquisite costato.

Prope Agua de Profetas 24°45' lat. m. et 9000 p. s. m., Agua de Varas 24°38' lat. m. et 9700 p. s. m. Puquios 23°50' lat. m. 11000 p. s. m. etc.; incolis Tola. — Frutex 4—5-pedalis, rami breves; folia majora $4\frac{1}{2}$ lin. longa, fere 3 lin. lata, cuneata, in petiolum brevem attenuata, utrinque dentibus duobus, late triangularibus, acutis munita fere stellata, minora saepe utrinque unidentata, omnia crassa, coriacea; sicut ramuli velut vernice illinita. Capitula masculina $2\frac{1}{2}$ lin. longa, feminea $3\frac{1}{2}$. Corollae purpurascens, ♀ filiformes, ♂ crassiores quinquefiduae etc.

191. *Baccharis petiolata* DC.? Prodr. V. p. 418.

Frequens prope oppidum Atacama 22°26' lat. m. et 7400 p. s. m. — Planta perennis, orgyalis, multicaulis, glaberrima; caules stricti, striati; folia oblonga, in petiolum brevem attenuata, acuta, acute dentata, coriacea, tripli-

nervia, dentibus utrinque octo; 9 lin. lata, fere 24 lin. longa, eujus longit. petiolus 4 lin. occupat. (Secundum DC. petiolus $1\frac{1}{2}$ —2, lamina 10 lin. longa, 4—5 lin. lata.) Ramuli resina illiniti, sed non glandulosi. Panicula cymosa, aphylla, multiflora, compacta. Capitula $2\frac{1}{2}$ lin. longa; squamis (♂) linearibus obtusis, apice lacris. Pappus florum ♂ versus apicem paulo latior et serratus.

An species distincta foliis duplo-majoribus, ramulis non glandulosis? — A B. glutinosa corymbo densissimo, multifloro primo adspicere distincta videtur.

192. *Baccharis marginalis* Ruiz et Pav. Gay IV. p. 80. In valle Chañaral bajo sive Finca de Chañaral 26°36' lat. m. et 4000 p. s. m. crescit, nec non prope Atacama; incolis Chilquilla, Atacamensibus Suncho, Argentinis Dadin audit.

193. *Baccharis confertifolia* Colla. Gay vol. IV. p. 85.

Ad aquam Puquios dictam inter Trespuntas et Copiapó 27°8' lat. m. et c. 4700 p. s. m. frequens reperitur.

194. *Baccharis juncea* Desf.? DC. Prodr. V. p. 423. nr. 153.

Ad Cachinal de la Sierra (25° lat. m. et 7000 p. s. m.) et in valle fluminis Atacamensis usque ad minas cupri S. Bartolo inveni; aestatem ultimam ornat. Philibertus Germain, Musaei nostri subdirector in andibus altioribus hujus provinciae legit.

Suffruticosa, glauca. Caules usque ad 3 pedales, simplices, stricti, $1\frac{1}{2}$ lin. crassi, cylindrici, apice modo in pedunculos paucos, $\frac{1}{2}$ —2 pollices longos divisi. Folia distantia, 11 lin. longa, 1— $1\frac{1}{2}$ lin. lata, utrinque tridentata, superiora integerrima. Diametros capitulum hemisphaericorum $4\frac{1}{2}$ lin. Squamae involucri triangulares, lanceolatae, violaceae, margine scarioso albo cinctae. Flores valde numerosi; corollae femineae albae, modo $1\frac{1}{2}$ lin. longae, apice lacerae; stylus cis dimidio longior; corollae masculinae duplo majores, 3 lin. longae, pallide roseae, quinquefiduae, antheris lacinis corollae aequantibus. Pappus albus, in flore ♀ corolla longior, stylum vix aequans, in flore masculo modo tubum corollae aequat. Pili qui in flore ♀ filiformes, aequales, in flore ♂ crassiores et versus apicem dilatati. — In Prodr. m. de Candolle l. c. *Bacch. juncea* folia integerrima et pappum pallide rufescentem tribuit.

195. *Baccharis spartioides* Hook. Gay IV. p. 102. Ad aquam Puquios dictam inter Trespuntas et Copiapó (27°8' lat. m. et 4700 p. s. m.) colligi potest.

196. *Tessaria absinthioides* DC. Gay IV. p. 106. Frequens in deserti Atacamensis locis argillosis, salinis, Bredal 25°24' lat. m., 1800 p. s. m.; Cachiyuyal 25°22' lat. m., 4000 p. s. m.; in litore paludis salsae a Tilopozo 23°20' usque ad Atacama 22°26' extensae 7400 p. s. m., Finca de Chañaral etc. A. Chilensibus Brea vocatur, et antea resina ex hac planta obtinebatur, quam loco axungiae adhibebant.

197. *Closia elata* Ph. Cl. annua; caule erecto, 1-pedali, ut tota planta, puberulo; foliis inferioribus . . . medianis breviter pedunculatis, palmato-quinque-lobatis, lobis laciniatis, mediano triplo longiore, tripartito; laciniis latis tridentatis, acutis; capitulis terminalibus, longius pedunculatis; tubo corollae ♀ vix tertiam limbi partem aequante; stigmatibus in fl. femineis (semper?) inclusis; achaeniis longe pilosis.

In valle Tartal 25°25' versus mare legi. — Omnibus partibus major quam Cl. *Cotula* Remy. Folia mediana 14 lin. longa, 12 lin. lata; pedunculi interdum usque ad 20 lin. longi, saepe bracteas lineares, integerrimas, 2—3 gerentes; diametros capitulorum 4½. Praeter habitum et folia latiora pilis achaeniorum longis fere diametrum eorum aequantibus et tubo brevi corollarum feminearum stigmatibus inclusis a C. *Cotula* differt.

198. *Closia anthemoides* Ph. Cl. annua, humilis, ramosissima; foliis longe petiolatis, infimis rhombeis, incisodentatis, acutis; superioribus pinnatifidis; supremis linearibus subintegris; capitulis confertis; squamis involucri ovatis, hispidis; ligulis fere circularibus.

Arena litoralisi Calderae, portus Copiapinorum hanc speciem alit, sed, si bene memini, etiam ad las Animas vidi, incolis ut reliquae Manzanilla i. e. (Chamomilla) audit. — Planta vix 2 poll. alta e radice simplicis, filiformis nascitur; caulis et folia pilosa; petiolus folii inferioris 3 lin. longus, lamina 2¼ longa, 2 lin. lata; folia mediana petiolum 7 lin. longum, laminamque 5 lin. longam, totidemque latam habent. Corollae hermaphroditae omnino pilosae. — A Cl. *Cotula* Remy habitu valde differt, internodiis folio brevioribus, foliis inferioribus integris, nec bipinnatifidis, squamis involucri hispidis, ligulis fere circularibus.

199. *Closia? discoidea* Ph. Cl.? annua, erecta, ramosa, corymbosa, pilis albis; superioribus glandulosis vestita; foliis longe petiolatis pinnatifidis, subjugis, laciniis linearibus, basi angustatis, trifidis demum linearibus, peracutis; foliis superioribus minus divisis, trifidis, imo integerrimis; floribus radii aequo tubulosis; ala antherarum dimidium saecum ejus aequante; achaeniis longe pilosis.

Unicum specimen servo, ni fallor prope Calderam lectum. Planta quinquepedicaris, ramosissima, habitu *Anthemidis* ejusdem. Folia 14 longa; pedunculi graciles, 4—12 lin. longi; squamae involucri lanceolatae; flores circa 20. Tubus glanduloso-villosus, limbus 4 dentatus; stylus inclusus.

200. *Closia? pusilla* Ph. Cl.? annua, pusilla, ramosa, pubescens; foliis oblongo-linearibus, utrinque 2—3 dentatis, inferioribus oppositis, in petiolum attenuatis; medianis pinnatifidis, laciniis linearibus acutis; squamis involucri subsessatis; floribus omnibus tubulosis; achaeniis (florum radii femineorum?) seta unica loco pappi distinctis.

Prope Pan de Azucar in litore legi (26°8' lat. mer.) sed modo unicum specimen servavi. — Hoc modo

19 lin. altum; radix filiformis, simplex; folia inferiora emarcescunt, mediana vix 4 lin. longa, pinnis utrinque 3 vel 4 munita. Diametros capitulorum modo 2 lin. — De singulari structura achaeniorum nonnullorum seta unica, corollam aequante, ramosa distinctiorum nullum dubium est, sed utrum flores eorum modo feminei an pariter hermaphroditii sint, decidere non ausim.

Vasquezia Ph. n. gen.

Capitulum multiflorum, heterogamum. Involucri semiglobosi squamae uniseriales, quinque, ovatae, herbaceae. Receptaculum convexum, nudum, aut parce alveolato-fimbriatum. Corollae radii femineae uniseriales, ligulatae, illis disci aequales, limbo 3—4-dentato, tubo angusto, glanduloso-piloso. Corollae disci hermaphroditae crassiores sed aequilongae, tubuloso-infundibuliformes, quadri- vel quinque-dentatae, tubo glanduloso-piloso. Antherae 4—5 inclusae, breves, alatae, basi subsagittatae. Stylus florum femineorum glaber, ramis satis elongatis glabris terminatus, corolla paulo brevior; ille florum hermaphroditorum ramos breviores, obtusos, extus versus apicem papilloso-puberulos ostendit. Achaenium compressum, triquetrum, apice truncatum, basi angustatum, carpophoro brevi distincto insidens, scabrum. Pappus omnino nullus. — Inspice Tab. V. A. Extremitas rami, magn. nat. 1, flosculus hermaphroditus magn. naturali; 2, corolla ejusdem aucta; 3, stylus auctus; 4, achaenium auctum; 5, anthera aucta; 6, folium caulinum inferius magnitudine naturali.

Genus hocce cum *Closia* et *Infantea* comparari potest; cum priore achaeniis pappo carentibus convenit, sed involucri pentaphyllo et corollis radii valde diversis differt; cum *Infantea* involucri convenit, sed achaeniis pappo carentibus discrepat.

Observatio. Cur *Closia* cum *Asteroides*, *Infantea* vero cum *Senecionideis* collocata sit non intellexi. In *Closia* „stylus radii bifidus glaberrimus, stylus disci ramis linearibus obtusis versus apicem extus papulosis“ et in *Infantea* „stylorum radii rami lineares, glaberrimi, exserti; disci apice obtuse triangulari, extus papulosi.“ Differentia igitur in his organis nulla.

201. *Vasquezia biternata* Ph. V. annua, erecta, apice corymboso-ramosa, pilis albis, superius glandulosis, patentibus hirta; foliis inferioribus oppositis, biternato-pinnatifidis, laciniis oblongo-linearibus, basi angustatis, obtusis; foliis superioribus magis simplicibus, trifidis, imo integerrimis; pedunculis capillaribus, 4—12 lin. longis; squamis involucri obovatis, acutis, ovaria aequantibus; flosculis circa 20, dimidium ovarium aequantibus.

Prope Paposos in detritu ad basin montium litoralium inveni. — Caulis 1-pedalis, vix ½ lin. crassus; folia 12 lin. longa, 9 lin. lata, ambitu ovata, petiolo 4—5 lin. longo insidentia. Foliola involucri 1¼ lin. longa; achaenia fere 1½.

e) *Senecionideae.*

202. *Senecio albotanatus* Ph. S. discoideus, suffruticosus, basi ramosissimus, lana alba densissime tectus; foliis linearibus integerrimis, obtusis; corymbo oligocephalo conferto; pedicellis brevibus, sub capitulo bracteolatis; involuero 13-phylo, flosculis brevioribus; squamis acuminatis, apice penicillatis, vix ustulatis; flosculis 30—40, omnibus tubulosis; acheniis costatis, glaberrimis.

In valle Vaquillas dicta 25°7' lat. m. et c. 9000 p. s. m. inveni. —

Caulis 1-pedalis, basi valde ramosus, ramis plerumque simplicibus, usque ad apicem foliatis, strictis; folia circa 12 lin. longa, 2 lin. lata, ad basin vix attenuata; pedicelli 12" longi, bracteolati; involucrem 6 lin. longum. Variat pedunculis involucriusque glabriusculis, lutescentibus. — Differt a *S. filaginoidis* DC. lana alba (nec tomento cano) omnes partes tegente, foliis puncto callosis non terminatis, flosculis pluribus etc.; a *S. Haenkei* DC. caule foliisque albo-lanatis nec cano tomentosis, foliis obtusis, acheniis glaberrimis etc.

203. *Senecio chrysolepis* Ph. S. ima basi suffruticosus, ramosissimus, lutescens, flosco- lanuginosus; foliis linearibus, carnosulis, integerrimis; floribus numerosis, fastigiatis; pedunculis 1—1½ pollices longis, bracteatis; involuero 15-phylo, flores aequante; squamis linearibus, viridi-lutescentibus, apice penicillatis, glabriusculis, nervo mediano lato; flosculis 30—35, omnibus tubulosis; acheniis glaberrimis, costatis.

Prope Riofrio ad 24°50' lat. m. et 10800 p. s. m. frequens crescit. — Caulis vix 1-pedalis, lutescens; folia potius incana, 9 lin. longa, vix 1 lin. lata. Rami omnes fastigiati, apice corymbosi, multiflori vel oligocephali; bractee subulatae 5—6 ad basin involucri, adpressae. Longit. squamarum sessilibus 3½—4 lin.

204. *Senecio xerophilus* Ph. S. discoideus, basi suffruticosus, ramosissimus, albo-lanatus; ramis oligocephalis, usque ad apicem foliatis; foliis ambitu oblongis, profunde pectinato-pinnatifidis; pinnulis utrinque circa 3, linearibus; floribus numerosis, subfastigiatis; pedunculis pollicaribus, una altera bractea munitis; squamis involucri circa 15, flosco- arachnoideis, flosculos aequantibus; flosculis circa 50, omnibus tubulosis.

Prope Pajonal 23°46' lat. m., c. 10,000 p. s. m. inveni. — Caulis 1-pedalis; folia circa 9 lin. longa, 3 lin. lata; capitula fere 6" longa, et totidem lata.

205. *Senecio eremophilus* Ph. S. discoideus, suffruticosus, ramosissimus, tomento cano, demum deciduo vestitus; foliis linearibus, pectinatis; segmentis utrinque 2—4, distantibus, linearibus, brevibus, acutis; floribus numerosis, fastigiatis; pedunculis pollicaribus, bracteatis, glabris; capitulis basi bracteolatis; squamis involucri flosculos aequan-

tibus; apice haud sphacelatis, circa 15; flosculis omnibus tubulosis, 30—50; acheniis glabris.

In cacumine Alto de Puquios 23°52' lat. m. 12500 p. s. m. legi. — Caulis basi 6 lin. crassus, lignosus; rami 9—12 poll. longi; folia ad summum 12 lin. longa, lacinii circa ½ lin. latis, satis distantibus, saepe margine revolutis; bractee lineari-subulatae; squamae involucri 4 lin. longae. — Differt ab antedecente tomento minus denso, foliis angustioribus, dentibus eorum brevioribus, squamis involucri angustioribus, floribus multo minoribus. Similis est etiam *S. medicinali* mihi, qui vero glaberrimus.

206. *Senecio Troncosi* *) Ph. S. radiatus, annuus, glaberrimus, ramosus; foliis pinnatifidis bipinnatifidisve, ambitu oblongis; lacinii linearibus, angustis, rhachim aequantibus, plus minusve lobulatis; pedunculis gracilibus, bracteolatis; involucri ad basin parce bracteolati squamis circa 20, angustis, sensim acuminatis, haud sphacelatis; ligulis circa 10; acheniis densissime hispida.

Ad las Animas hanc speciem reperi. — Radix simplex, alba; caulis 9 pollices altus, basi vix 1 lin. crassus; folia variabilia, majora fere 2 poll. longa, 9—10 lin. lata, tri—quinquejuga, pinnulis s. lobis nunc oppositis, nunc alternis, nunc integris, nunc lobulatis, imo pinnatifidis, lacinii obtusis aut acutis; semper tamen rhachis et laciniae aequae latae, ½—¾ lin.; ad basin petioli plerumque lobus unus vel alter conspicitur. — Differt a *S. anthemidiphylo* Remy, *glabro* Less., etc. radice annua, a prope praeterea squamis involucri pluribus etc.

207. *Senecio paposanus* Ph. S. suffruticosus, arachnoideo-lanuginosus, demum glabratus; caule erecto, 1-pedali, plerumque simplici; foliis auriculatis, inferioribus longe petiolatis, ovatis, inciso-dentatis, imo subpinnatifidis, superioribus sessilibus, oblongo-linearibus, pectinato-pinnatifidis aut subintegris; corymbo 4—8-cephalo; bracteis setaceis in pedunculis et ad basin calycum; squamis involucri glabriusculis, apice dilatato-pectinatis; circa 20; ligulis circa 10; acheniis costatis, hispida.

Prope Paposo in regione herbifera crescit.

Caulis 12—15 poll. altus. Folia inferiora petiolum fere bipollicarem et laminam 2½ lin. longam et 1¾ poll. latam habent, in foliis superioribus petiolum brevior et latior, lamina angustior et auriculae majores sunt; folia supra saepe amplexicaulia, linearia, integerrima sunt. Omnia in axillis gemmas albo-lanatas magis minusve explicatas fovent. Basis involucri dense lanata a squamis fere glabra valde distincta. Capitula 5 lin. longa, 4 lin. lata. Achaenia costata et in costis setis brevibus albis adpressis obiecta sunt. — A *S. jacobaeiformi* Remy foliis caulibus haud pinnatifidis fructibusque hispida valde distinctus videtur.

*) Dixi in honorem orn. Domini Ludovici Troncose, qui per multos annos observationes meteorologicas in oppido la Serena instituens de scientia naturali bene meritus est.

205. *Senecio crispus* Ph. S. radiatus, fruticosus, ramosissimus, glanduloso-hirtus; ramis vetustioribus epidermide laxa, albescente vestitis; foliis confertis, parvis, sessilibus, pinnatifido-lacinatis, carnosus, crispis, margine revolutis; lacinis brevibus acutis; ramis erectis, apice 1—3-cephalis; floribus numerosis, confertis, fastigiatis; squamis involucri circa 12—15; ligulis circiter 10; limbo suo squamas involucri vix aequantibus; acheniis glaberrimis.

In valle Sandon legi (25°4' lat. m., 9000 p. s. m.) — Caulis vix 1-pedalis, basi 3—4 lin. crassus; folia 4 longa, fere 3 lin. lata, crista hanc speciem facili negotio distinguunt. Pedunculi 1—2-pollicares; squamae involucri 5 lin. longae, haud sphacelatae; ad basin involucri bracteae lineares aggregatae adsunt.

209. *Senecio luridus* Ph. S. radiatus, rufifruticosus, ramosissimus, foliosissimus, glanduloso-pubescentis, glutinosus, graevolens; ramulis usque ad apicem foliatis, paucifloris; foliis semiamplexicaulis, basi truncato-auriculatis, ambitu linearibus vel oblongis, pinnatifido-lacinatis, vel laciniato-dentatis, margine revolutis; lacinis linearibus, integerrimis vel hinc inde grosse dentatis, supremis fere integris; floribus numerosis, corymbosis; squamis involucri circa 12, haud sphacelatis; ligulis circa 3; acheniis strigoso-hispidis.

In valle Doña Inez dicta 25°55' lat. m. et 7900 p. s. m. inveni. Caulis 1-pedalis; folia fere 2 poll. longa, cum lacinis circa 6 lin. lata; lacinis utrinque circa 3 majoribus, capitula modo 3 lin. longa, 2—2½ lin. lata. Squamae involucri haud sphacelatae. Differre videtur a *S. sinuatifol*o DC. lacinis foliorum angustis, saepe integris, margine revolutis; acheniis pilis albis densissime obsitis etc.

210. *Senecio cachinalensis* Ph. S. radiatus, fruticosus, hirtellus; ramis virgatis, apice oligo-cephalis; usque ad corymbum foliatis; foliis fere pinnatis, inferioribus petiolatis, superioribus sessilibus, pinnis 4—5-jugis, linearibus rhachin aequantibus, acutis, dente uno alterove munitis; pedunculis 1½—3-pollicaribus, glanduloso-hirtellis, bracteis; squamis involucri basi bracteatibus, 16—18, haud sphacelatis; ligulis circa 12, latis; acheniis (junioribus) valde costatis et hispidis.

Vallis Cachinal de la Costa (26°4' lat. m. et 1700 p. s. m.) hanc speciem offert. — Rami 1-pedales, indivisi, apice corymbum subquadriflorum gerentes, striati, basi glabri, superius sicut pedunculi pilis brevissimis hirtellis. Folia approximata, haud auriculata, 18 lin. longa, 7 lin. lata, rhachis laciniaeque circa 1 lin. latae; margo saepe revolutus; pagina inferior squamulis vel potius pilis brevissimis magis minusve inaequa est. Etiam folia suprema vix auriculata, potius semidicurrentia. Squamae involucri 4 lin. longae; ligulae 4½ longae, 1¼ latae; flores tubulosi disci abrupte incrassati. A *S. alcicorni* Hook. (quem nondum vidi) ramis usque ad corymbum foliatis, foliis regulariter pinnatis, neque irregulariter lacinatis, pedunculisque glanduloso-hirtis; a *S. Berteroana*

Coll. foliis supremis haud auriculatis, lobis eorum usque ad rhachim productis, acheniis (junioribus saltem) hispidissimis; a *S. glabrato* Hook. foliis minime basi auriculatis, corymbo paucifloro, capitulis duplo majoribus etc. distinguendus videtur.

211. *Senecio Almeidae* *) Ph. S. radiatus, glaber, suffruticosus, ramosus; foliis pinnatis, circa 5-jugis, ambitu oblongis, lobulis distantibus, integris, bifidis trinidive, angustis, linearibus obtusis, rhachin folii aequantibus; pedunculis elongatis, monocephalis, bracteatibus; bracteis filiformibus, etiam ad basin capituli aggregatis; squamis involucri glabris, haud sphacelatis; acheniis glabris, multicostatis.

Ad Cachinal de la Costa cum priore inveni. — Rami 5 poll. longi, simplices; folia 18 lin. longa, 6 lin. lata; capitula 6" longa, 3½ lata. — A *S. anthemidiphyllo* Remy, cui quoad folia valde similis, ramis robustioribus monocephalis, capitulis multo majoribus; a *S. glabrato* foliis haud auriculatis, lacinis angustioribus, pedunculis monocephalis, a *S. glabro* Less. iisdem pedunculis monocephalis, acheniis glaberrimis etc. discrepat.

212. *Senecio myriophyllus* Ph. S. radiatus, fruticosus, erectus, ramosissimus, cinereus, hirtellus; foliis confertissimis, carnosulis, linearibus, pinnatifidis i. e. utrinque lobulis 2—5 distantibus, diametrum folii aequantibus acutis; lobis omnibus rotundatis; ramis abbreviatis, monocephalis, bracteas setaceas gerentibus; capitulis involucriatis; squamis involucri linearibus, dorso hirtellis, haud sphacelatis, 20—24; ligulis c. 12; acheniis glabris.

In valle las Animas dicta 26°26' lat. m. inveni. — Caulis 1-pedalis, rami breves; folia aegre 1 lin., saepe vix ½ lin. inter se distantia, 9 lin. longa, absque lobulis vix ½ lin. lata; pedunculi ad ultimos foliis vix 6 lin. longi; squamae involucri 3 lin. longae.

213. *Gnaphalium sphacelatum* DC. Gay IV. p. 234. In regione herbifera Paposana crescit.

214. *Artemisia Copa* Ph. A. fruticosa, tomento brevissimo, adpresso fere sericea, albo flavescens potius quam viridi; foliis confertis, sessilibus, linearibus, integerrimis, obtusis, crassis, margine revolutis, uninervis; capitulis ad apicem ramorum axillaribus distantibus, nutantibus, breviter pedunculatis, fere racemosis, subsecundis; squamis involucri oblongo-linearibus; receptaculo glabro.

Prope fontem Puquios 23°50' lat. m., 11,000 p. s. m. et in valle Zorras 24°8' lat. m., 10—11,000 p. s. m. in fissuris rupium rara non est, nomine vernaculo *Copa* dicta. — Caulis 1½—2-pedalis, valde ramosus; folia intermedia plerumque bis aequantia, gemmam in axilla fontania, 4—4½ lin. longa, 1 lin. lata; pedunculi 1½—2 lin. longi; diam. capitulorum 3¼ lin.; corollae saepe purpureascent, radii femineae, disci hermaphroditae, ut videtur fertiles; achenia glaberrima. Olor gravis, fortis.

215. *Bahia ambrosioides* Lag. Gay IV. p. 256.

In regione litorali deserti usque ad Miguel Diaz 24°36' lat. m. rara non est.

*) Dixi in memoriam ornatissimi Domini Diego de Almeida, in itinere per desertum conorsis.

216. *Infantea chilensis* Remy. Gay IV. p. 259.

In detritu ad radicem montium litoralium prope Paposo inveni.

217. *Cephalophora litoralis* Ph. C. annua, humilis, glanduloso-hirtella, fastigiato-ramosa; foliis inferioribus sessilibus, paucidentatis, superioribus fere amplexicaulibus, subintegerrimis, lanceolatis; pedunculis brevibus; receptaculo epaleaceo; paleis pappi achaenium albo-sericeum aequantibus, obovatis, mucronatis.

In arena litoral prope Caldera, portum Copiapinorum, legi. Tota planta modo 4 poll. alta; folia inferiora 10 lin. longa, 2 lin. lata, utrinque dentibus 2—3 manita, caulina superiora basi fere 4 lin. lata; pedunculi ab ultimo folio inde ad summum 9 lin. longi; diameter capitulorum 4 lin. — Facillime ab aromatica distinguitur: 1, foliis inferioribus longe minus incis, 2, pedunculis brevibus; 3, squamis involucri paulo latoribus, 4, achaeniis dense sericeis; 5, paleis pappi obovatis, longe diversis.

218. *Encelia tomentosa* Walpers. Gay IV. p. 282.

In arena litoral ad Caldera, portum Copiapinorum, sed etiam in valle las Animas, et in interiore ad Chañaral bajo 26°36' lat. m. et 4200 p. s. m. etc. crescit; ab incolis Corona de fraile dicitur.

219. *Bidens chilensis* DC. Gay IV. p. 293.

In regione herbifera litoral ad Paposo etc. vidi.

f) *Cynareae.*

220. *Centaura foveosa* Hook. Gay IV. p. 310.

Prope Paposo hanc speciem inveni.

221. *Centaura cachinalensis* Ph. C. caule fruticoso, ramoso, pilis brevissimis hirtello; ramis monocephalis; foliis pinnatis, glabris, pinnulis utrinque 3—4 linearibus, integerrimis aut laciniato dentatis; laciniiis rhachim aequantibus, margine revolutis; capitulo basi nudo (rarius folioso) globozo-campanulato; involucri squamis apice scariosis, egregie pectinatis.

In valle ad Cachinal de la Costa inveni 26°4' lat. m. 1700 p. s. m. — Frutex 3-pedalis, rami 1—1¼ lin. crassi, striati; internodia approximata, modo 2—3 lin. inter se distantia; folia majora 10—12 lin. longa, 6 lin. lata; rhachis et laciniae vix 1 lin. latae; capitulum fere 7 lin. longum; corollae 12 lin. longae, rosaeae, in violaceum vergentes. — Differt ab anteriore pubescentia longe diversa; squamis involucri glabris, dentibus pectinatis longe pluribus; caule magis lignoso etc.

g) *Synantherae incertae sedis.*

Polyclados Ph. n. g.

Capitulum multiflorum, discoideum, heterogamum, squaculis 15—20 compositum. Involucreum imbricatum, squamis biserialibus, exterioribus ovatis, interioribus oblongis. Receptaculum nudum. Flores radii feminei, tubulosi, angusti, limbo a tubo non distincto, oblique truncati, vix ligulati, labio emarginato. Corollae hermaphroditae tubulo-

sae, sensim ampliatae, regulares, quinqueidentatae. Antherarum ala brevis, obtusa, caudae nullae. Stylus corolla vix longior, ramis brevissimis truncatis. Achaenia oblongo-linearia, laevia, glabra. Pappus biserialis, setulis scabridis; exterioribus brevibus, interioribus triplo saltem longioribus. Vide Tab. IV. fig. B. Ramus magnit. naturali; 1, flosculus femineus magnit. naturali; 2, flosculus hermaphroditus magnitudine naturali; 3, flos femineus auctus; 4, flosculus hermaphroditus auctus; 5, anthera aucta.

222. *Polyclados cupressinus* Ph.

In monte Alto de Puquios dicto 23°52' lat. m. et 12600 p. s. m. reperit. — Frutex ramosissimus, bipedalis, resinoso-glutinosus, graveolens; rami crassitie pennae aserinae, ramuli 1 lin. crassi; folia parva, 1 lin. longa, crassa, linearia, confertissima, imbricata, adpressa, fere hexasticha, supra glabra, subtus in centro et in axillis dense albo-lanuginosa; flores terminales, solitarii, sessiles; involucreum 3 lin. longum. Flores flavi.

Brachyandra Ph. n. g.

Capitulum pauciflorum, homogamum, discoideum. Involucri turbinati, imbricati, plumosissimi squamis viridibus, interioribus majoribus, margine scariosis. Receptaculum planum, nudum. Corollae tubulosae, limbo a tubo non distincto, brevissimo, quinqueidentato. Stamina brevia, inclusa; antherae alatae, euncatae. Styli elongati, ramis duobus elongatis, obtusis, glabris, e corolla longe prominentibus. Achaenia oblonga, erostris, costata, glabra. Pappus uniseriatus, plumosus. — An prope genus *Dolichogyne* collocandum? differt ab hoc ramis styli obtusis, aliis antherarum brevissimis, corolla apice non dilatata, achaeniis quinquecostatis, pappo uniseriatis. Inspecte Tab. IV. fig. D. Ramus magnit. naturali; 1, flos magnitudo nat.; 2, flosculus, item; 3, idem auctus; 4, idem apertus, aliquantum magis auctus, ut ratio staminum et styli apparent; 5, anthera aucta; 6, extremitas styli aucta; 7, fructus auctus.

223. *Brachyandra macrogyne* Ph.

In descensu a montibus Pingo-pingo dicitis versus Tilopozo 23°21' lat. mer. et c. 8000 p. s. m. inveni; jam medio Januario defloruerat, et pauca capitula modo unum alterumve florem servabant. — Fruticulus 2—3 pedalis, glutinosus, graveolens; rami graciles teretes, pubescentes, demum glabri. Folia parva, linearia, integerrima, obtusa, erecta, hirta, margine revoluta, 2 lin. longa, ½ lin. lata. Capitula terminalia, solitaria, brevissime pedunculata, vix 4 lin. longa. Squamae involucri subseriatae, infimae breves, ovato-lanceolatae, medianae oblongo-lanceolatae, obtusae, carinatae, interiores lineares.

LOBELIACEAE.

224. *Pratia atacensis* Ph. Pr. pusilla, repens, glaberrima, foliis ovato-orbicularibus, haud cordatis, integerrimis; petiolis laminam multo superantibus; dentibus

calycinis triangularibus, brevibus, latioribus quam longis; genitalibus corollam haud fissam, subregularem aequantibus.

Ad fontes deserti e. gr. Cachiuyal (25°22' lat. m. et 4000 p. s. m.), Agua de Profetas (24°45' lat. m. 9000 p. s. m.), Puquios (23°50' lat. m., 10.500 p. s. m.) etc. — Tota planta vix 1—2 poll. longa; longitudo petiolorum et pedunculorum variat, plerumque petioli 8 lin., corolla alba vel violascens 4 lin. longa. — A Pr. repente Gaud. praeter corollam haud fissam genitaliaque corollam aequantia foliis haud cordatis, integerrimis primo aspectu differt.

Campanulaceae.

225. *Specularia perfoliata* DC. (Campanula L.) Gay IV. p. 343.

In herbosis prope Paposo crescit.

Primulaceae.

226. *Centunculus erectus* Ph. C. annuus, glaberrimus erectus, simpliciusculus; foliis ovatis vel obovato-oblongis in petiolum attenuatis acutis; floribus axillaribus, sessilibus, pentandris.

In herbosis prope Paposo 25° lat. m. et 5—800 p. s. m. — Caulis bipollicaris, simplex, aut basi unum alterumve ramum emittens; folia fere 3 lin. longa, 1½ lin. lata; calyx 1¼ lin. longus, quinquepartitus laciniis setaceis. Corolla marcescens in apice capsulae diu persistens, laciniis lineari lanceolatis, quinque, tubum fere bis aequantibus. Stamina in faucibus inserta, dimidium laciniarum corollae aequantia; filamenta glabra, antherae suborbiculares. Stylus erectus, simplex. Capsula globosa, calyce vix minor, circumscissa etc.

227. *Glaux? atacamensis* Ph. Gl. glaberrima, caule humili erecto, ramoso; foliis carnosis, oppositis, obovato-oblongis, acutis; floribus axillaribus, sessilibus, incarnatis; stylis duobus.

In margine paludis ingentis salsae, quae usque ad oppidum Atacama extenditur, 7400 p. s. m. ad Tilopozo 23°20' inveni. — Caulis 2—3 pollices altus; folia decussata, 1½ lin. longa; flores vix 1 lin. longi. Calyx corollinus quinquepartitus, laciniis oblongis; stamina quinque cum laciniis alterna, ima basi calycis inserta, et dimidium laciniarum aequantia, ut in Gl. maritima. Styli duo divaricati; Ovarium globoso-conicum, depressum. Structuram ovarii nimis parvi cognoscere non potui; fructus maturi vel immaturi nondum aderant.

Apocynae.

228. *Scytanthus acutus* Meyen. Gay IV. p. 355.

Fruticulosus elegantissimus in arenis litoralibus frequentissimus ad Caldera, portum Copiapinorum, sed etiam in valle las Animas, aliquot leucas a mari distante; incolis Cuernecilla.

Asclepiadae.

229. *Cynoctionum boerhaviaefolium* (Cynanchum) Hook. Gay IV. p. 391.

In tractu herboso litorali ad Hueso par ad 25°24' lat. mer. et Miguel Diaz 24°36' lat. m. etc. vidi.

230. *Cynoctionum viride* Ph. C. suffruticosum, humile, glaberrimum; caule viridi; foliis linearibus, basi rotundatis, brevissime petiolatis; umbellis 5—8-floris, dimidium folium aequantibus; laciniis calycinis ovato-lanceolatis; corolla viridi, subcampanulata; lobis quinque coronae linearibus, corollam aequantibus; folliculis glaberrimis elongatis, rostratis.

In aridissimis litoralibus ad Caldera, portum Copiapinorum, Miguel Diaz 24°36', in valle las Animas 26°26' et ad aquam Bredal 1500 p. s. m. tres vel quatuor leucas a mari distantem legi. — Caulis humifusus, circiter bipedales, inter saxa extensi. Folia 9 lin. longa, 1½ lin. lata, petioli 1 lin., pedunculus communis ad summum 2 lin.; pedicelli 1 lin. longi, corollae totidem. Folliculi 2½ lin. longi. Semina rufa, granulata, fere 2½-lineares.

Gentianeae.

231. *Microcala quadrangularis* DC. Gay IV. p. 404. Prope Paposo inveni.

232. *Erythraea paposana* Ph. E. caule humili, erecto; foliis inferioribus late ovatis, superioribus oblongis; panicula dichotoma, pauciflora; pedunculo robusto et folia floralia et calycem aequante.

In eadem regione herbosa ad Paposo legi. Planta modo 4 poll. alta; folia 5—6 lin. longa, inferiora 3½, superiora modo 2½ lin. lata; calyx 4½ lin. longus. — Ab E. cachanagua seu chilensi Pers. facile hanc foliis floralibus oblongis, nec linearibus acuminatis, panicula pauciflora, pedunculis duplo crassioribus et duplo brevioribus distingues. Ab E. ramosissima foliis distantibus, panicula pauciflora, pedunculis longioribus discrepat.

*Varasie** Ph. n. g.

Calyx cylindricus, quadridentatus, dentibus brevibus, viridibus, membrana hyalina junctis. Corolla marcescens, cylindrica, parum calyce major, quadridentata, plicata, apice caeruleascens. Stamina quatuor, in medio tubi corollae inserta, subsessilia; antheris oblongo-linearibus. Ovarium elongatum, uniloculare, multiovulatum. Styli duo breves, revoluti. Fructus capsula stipiti elongato longe e flore persistente porrecto insidens, bivalvis, valvis ab apice usque ad medium apertis. — A *Microcala* Link differt corolla haud infundibuliformi, stylis duobus etc.; a *Schultesia* Mart. corolla tubulosa cylindrica, calyce haud alato, stylis duobus; a *Contonbea* Anbl. iisdem stylis duobus etc. — Cfr. Tab. V. fig. B. Planta magn. naturalis;

*) In memoriam clarissimi viri, Domini Antonii Varas dixi, qui per plures annos minister rerum interiorum Republicae Chilensis fuit, jam redactor periodici: Revista de ciencias y artes.

1, calyx apertus et auctus; 2, pistillum auctum; 3, corolla aperta et aucta, ut plicae limbi et stamina appareant; † flos, †† capsula aperta, ††† pedunculus cum basi persistente alius capsulae.

233. *Varasia podocarpa* Ph.

Ad aquam Varas dictam 24°38' lat. m., 9700 p. s. m. in caespite occulta occurrit. — Planta pusilla, annua, e collo radicis simplicis, albae, filiformis caules plurimos solo adpressos, ad summum 1½ poll. longos emittit. Folia opposita, linearia, adpressa, fere imbricata, 2½ lin. longa, ½ lin. lata. Flores in ramis terminales, solitarii, plerumque aegre e foliis emergentes, fructus deinde ramis exrescentibus aliquid ab ultimis foliis distantes. Calyx 3¼ lin. longus; corolla 3½, tubo in calyce incluso albedo, dentibus erectis modo caeruleiscentibus; stipes capsulam gerens saepe 6 lin. longus; capsula ipsa 2½ lin. longa, a stipite decidua.

Bignoniaceae.

234. *Argylia puberula* DC. Gay IV. p. 411.

Elegantissima haec planta in aridissimis arenosis et glarosis occurrit, a me ad Caldera, portum Copiapinorum, inter minas, cui nomen las Animas, et vallem fluminis Salado, prope Cachinal de la Costa, in valle Tartal visa. Radicem crassam, ingentem, albidam coctam comedere volui, sed amara est.

235. *Argylia glutinosa* Ph. A. ramosissima, pilis brevissimis puberula, glutinosa; foliis novenis, oblongo-cuneatis, inciso-dentatis; floribus satis magnis, luteis; laciniis calycinis linearibus; corolla calycem quater aequante, tubo dilatato.

Paulo ad meridiem oasis Chañaral bajo sive Finca de Chañaral dictae 24°38' et 4700 p. s. m. inveni. — Caules 1-pedales; petioli inferiores foliola bis, superiores semel aequant; foliola ad summum 8 lin. longa; calyx vix 2 lin.; corolla 7 lin. longa et ante limbum 2½ lin. lata. — Ab A. Huñobriana Gay caule ramosissimo, ab A. geranioidi DC. pubescentia glutinosa primo ad aspectu discrepat.

236. *Argylia incana* Ph. A. albo-villosa, caule ramoso; foliis 10—11, oblongo-cuneatis, obtusis, utrinque lobulis 1—2 auctis; petiolis brevibus, raro foliola aequantibus; floribus luteis, sat magnis; corolla calycem fere quinque aequante, tubo pergracili; stylo capillari.

Eodem loco cum priori inveni. — Caulis 6-pollicaris; petioli ad summum 6 lin. longi; foliola 4, calyx 1½, corolla 7, capsula 6 lin. long.; semina pallide fusca sunt. — Differt ab A. geranioidi DC. pilis multo brevioribus, foliis minus divisus, utrinque lanatis, petiolis multo brevioribus, stylo capillari, longe minus incrassato; ab A.

tomentosa, quae sequitur, caulibus villosis, floribus duplo majoribus, tubo corollae angusto, siliquis brevioribus, seminibus.

237. *Argylia tomentosa* Ph. A. humilis, ramosissima, incana; caule dense pubescente et pilis brevibus albis longioribus vestito; foliis circa 9 cuneatis, involutis, integerrimis, aut apice sublobatis, obtusissimis; petiolo foliolum majus vix bis aequante; floribus axillaribus, subsessilibus, parvis, luteis; corolla calycem quater aequante, glabra; stylo crasso.

In centro deserti inter Cachinal de la Sierra 25° et aquam de Profetas dictam 24°45 ad c. 8000 p. s. m. primam vidi, deinde ad latus paludis salsae et fere siccae de Punta negra dictae c. 9000 p. s. m., in valle Chaco 25°15' lat. m., c. 5500 p. s. m. — Caespites densissimos 2—3-pollicares, illis Oxalidum variarum similimos format, ita ut primum pro Oxalide haberim. *) Foliola majora 8 lin. longa, petioli ad summum 9 lin.; pedunculus sub anthesi 1 lin., calyx 1 lin., corolla modo 3½ lin., capsula 7—8 lin. longa. Semina albedo-cinerea. — Ab A. geranioidi DC. pubescentia, foliis fere integerrimis, floribus duplo minoribus etc. facili negotio distinguitur.

238. *Montea chilensis* Gay. IV. p. 417.

In regione herbosa litorali rarus non est hic frutex, a. gr. ad Hueso parado, Paposo, Miguel Diaz; incolis Uvilla.

239. *Reyesia chilensis* Gay. IV. p. 419.

Unice in valle Tartal inveni.

Polemoniaceae.

240. *Gilia laciniata* R. et P. Gay IV. p. 424.

Prope Hueso parado et Paposo legi.

241. *Gilia andicola* Ph. G. caule basi ramoso, villosa, superius glutinosa; foliis pinnatifidis, crassis, carnosis; laciniis oblongis, incisus, trifidis, aristatis; superioribus trifidis, supremis subulatis integerrimis; floribus ad apices ramorum sparsis, saepe geminis, altero sessili; corolla calycem sesquies aequante, tubo gracili, calycem superante, deinde infundibuliformi.

In valle Sandon 25°4' lat. m., 9000 p. s. m. legi. — Caulis saepe divaricatus, vix pedalis. Folia radicalia 16 lin. longa. Calyx sub anthesi vix 2 lin. longus. Corolla 5 lin.; tubus fere dimidiam longitudinem occupat, deinde corolla infundibuliformis fit, lacinae corollinae usque ad medium partis infundibuliformis incisae sunt; capsula ovata calycem exrescentem aequat, matura 3 lin. longa; loculi subtetraspermi.

Convolvulaceae.

242. *Ipomaea paposana* Ph. I. radice filiformi fibrosa; caule volubili, sicut tota planta glaberrimo, annuo;

*) Nonne *Argylia trifoliolata* Oxalis vera est?

foliis petiolatis, cordatis, mucronatis, lobis rotundatis; petiolo laminam aequante; pedunculis axillaribus, petiolos aequantibus, plerumque trifloris; bracteis setaceis; lobis calycinis ovatis, obtusis; corolla infundibuliformi, coccinea, calycem ter vel quater aequante; stylo persistente, stigmatibus capitato; capsula magna, biloculari, loculis dispermis.

Prope Paposo in regione herbosa crescit. Radix tenuis, ramosa, pallide fusca. Caules 2—3-pedales in solo prostrati vel volubiles, vix 1 lin. crassi. Folia 18 lin. longa, 16 lin. lata, sinu satis rotundato; Lobi calycini 2 lin. longi exteriores paulo latiores, fusciscentes. Corolla 7—8 lin. longa; stamina dimidium corollam aequant; stylus duplo longior. Capsula 5 lin. longa; semina $2\frac{1}{2}$ lin., nigra, puberulo-velutina.

243. *Cuscuta intermedia* Choisy. Gay IV. p. 447.

In arena litoralí ad portum Calderae legi; incolis Cabello de Angel, ut sequens.

244. *Cuscuta floribunda* Ph. C. omnino albidá, rubrus numerosissimis, paniculatis, pedicellatis; pedicellis calyce superantibus; calyce late infundibuliformi, quinque-dentato, dentibus triangularibus tubum aequantibus; corolla calycem bis aequante, breviter tubulosa, dentibus nunquam reflexis; stigmatibus capitatis, antheras aequantibus.

Prope Chañaral bajo legi, (specimen prope Rancagua a cl. Bertero lectum in herbario servatur). — Species inflorescentia et calyce distinctissima cum nulla alia chilensí confundenda. Calyx 1 lin. longus, corolla 2— $\frac{1}{4}$ lin. longa; squamae ad basin antherarum angustiores quam in *C. chilensí*. — A *C. corymbosa* Ruiz et Pavon I. p. 69. t. CV. b. numero quinario partium floralium unice dignoscitur nec non squamis corollae, quae in *C. corymbosa* deficient.

Hydroleaceae.

245. *Nama stricta* Ph. N. annua, pusilla, stricta, pilis parvis, albis, in caule patentibus hirtella; caule dichotomo; foliis spatulatis, integerrimis distantibus; floribus in dichotomiis sessilibus; capsula oblonga, glaberrima.

In regione herbosa ad Paposo specimina tria legi jam fructus maturos gerentia. — Radix tenuis, filiformis, flava. Caulis 5 poll. altus, filiformis, jam ab internodio secundo tertio dichotomus, ramis erectis; internodia fere pollicem longa. Folia basalia jam ceciderant, caulina mediana et superiora 6 lin. longa, $1\frac{1}{2}$ lin. lata. Calyx in capsula matura $3\frac{1}{2}$ lin. longus, profundissime quinquepartitus laciniis spatulato-linearibus, albo-pilosis et ciliatis (exacte ut in *Eutoca*). Corolla parva, lobis quinque brevibus rotundatis. Stamina inclusa, filamentis brevibus, antheris subglobosis didymis. Capsula calycem dimidium aequat, loculicide bivalvis; semina numerosissima, fusca, rugosa. — N. dichotomae (Hydrolea d. R. et P.) similis videtur, sed caule debili, erecto, parce ramoso et capsulis oblongis glaberrimis, nec non staminibus inclusis facile dignoscetur.

Hydrophyllaeae.

246. *Eutoca frigida* Ph. Eu. annua, tota viscosa; caule humili, basi ramoso; foliis oblongo-linearibus, pinnatifidis; laciniis brevibus, obtusis; floribus racemosis; laciniis calycinis linearibus obtusis basin versus angustatis; pectinato-ciliatis; corollis parvis, calycem bis aequantibus; capsula oblonga ovata, calycem exrescentem non aequante, glabra.

Ad Riofrio 24^o lat. m. et 10800 p. s. m. et Sardon 25^o lat. m., 9000 p. s. m. occurrit. — Caulis vix 6 pollices altus, diffusus; folia vix pollicem longa $2\frac{1}{2}$ —3 lin. lata; pedunculi fructiferi fere 1 lin. longi; calyx fructifer 3-linearis; corolla 2 lin. Semina valde rugoso-scribiculata. — Facillime ab *E. Cumingii* Benth. foliis simpliciter pinnatifidis, laciniis integerrimis; laciniis calycinis longe angustioribus; corolla minore distinguitur.

247. *Phacelia viscosa* Ph. Ph. caule ramoso, mollior piloso, glutinoso; foliis petiolatis, oblongis, sinuatis, incisis, lobis subtridentatis; floribus per spicas ramosas, secundas, densas dispositis; corolla calycem paulo superante; staminibus exsertis.

In valle Sardon cum priore legi. — Planta annua? Caulis vix 1-pedalis. Folia caulina 28 lin. longa (incluso petiolo circa 7 lin. longo), 10 lin. lata; calyx fructifer $2\frac{1}{2}$ lin. longus, laciniis spatulatis. Styli basi ima modo connati. Semina quatuor oblonga, nigro-castanea, valde granulata. — Foliorum forma et laciniis calycinis spatulatis ad *Eutocam* accedit, sed capsula tetrasperma differt.

Borragineae.

248. *Coldenia litoralís* Ph. C. annua, procumbens, dichotoma, pilis albis, rigidis patentibus dense vestita; internodiis elongatis; foliis floribusque in axillis glomeratis; illis longe petiolatis, oblongo ovatis, utrinque attenuatis, rugosis; floribus sessilibus, laciniis calycinis setaceis.

In arena litoralí ad Caldera, portum Copiapinorum reperitur. Radix fusca, simplex; rami circa 6 pollicares, 1 lineam crassi; internodia fere $1\frac{1}{2}$ -pollicares; petioli 4 lin. longi, lamina folii 4 lin. longa, $2\frac{1}{2}$ lin. lata. Pili in axillis floriferis (in ramis novellis etc.) densi albi. — *Coldenia dichotoma* (*Lithospermum* d. R. et P.) differt caule suffruticosa, foliis sessilibus, sensim in petiolum attenuatis, segmentis calycinis latioribus, „lanceolatis“.

249. *Coldenia atacamenís* Ph. C. suffruticosa, erecta, hispida; internodiis brevibus; foliis oblongo-ovatis, utrinque attenuatis, rugosis distincte etsi breviter petiolatis; floribus in axillis glomeratis; laciniis calycinis setaceis.

In arenosis et glareosis prope oppidum Atacama 22^o26' lat. m., 7400 p. s. m. crescit. — Radix $3\frac{1}{2}$ lin. crassa, lignosa; caules 3—4 poll. alti erecti, dichotomi, pilis minus densa vestiti; internodia modo 6 lin. longa; petioli vix 2 lin.; lamina 2 $\frac{1}{2}$ lin. longa, $1\frac{1}{2}$ lin. lata; calyx $2\frac{1}{4}$; corolla fere 3 lin. longa; pili in axillis flori-

feris longe minus densi quam in C. litorali, a qua caule erecto, suffruticoso, intermediis brevibus, petiolis brevibus facile distinguitur. His notis convenit cum C. dichotoma (Lithospermum d. R. et P.) sed in hac folia majora, sessilia, seu sensim in petiolum vix distinctum attenuata, tubus corollae longior, calycem bis aequans, laciniae calycinae multo laetiores ex icone et descriptione, ubi „lanceolatae“ vocantur. — Corollae tubus aurantius, intus croceus, lobi limbi rotundati, pallide violacei, dimidium tubum aequantes. Stamina medio tubo inserta, corollam subaequantia, inaequalia; filamentum capillare, anthera transversa, oblonga; stylus corollam aequans, filiformis, apice bifidus. Achaenia sub lente fortiori granulato-rugosa, cinerea, nigro-radiata.

250. *Heliotropium floridum* DC. Gay IV. p. 457.

Prope Caldera legi.

251. *Heliotropium lineariaefolium* Ph. H. fruticosum, pilis distantibus, appressis hispidum; foliis fasciculatis, linearibus, haud revolutis, viridibus; calycibus usque ad basin partitis, lacinii linearibus; tubo corollae calycem sesquies aequante, hispido.

In regione litorali deserti herbosa ad Cachinal de la Costa 26°4' lat. m., ad Paposo et usque ad Miguel Diaz 24°36' lat. m. occipit. — Caulis circa 4-pedalis; folia 10—12 lin. longa, 1½—1¾ lin. lata; calyx 1¾; corolla alba 3 lin. longa. Ab H. stenophyllo Hook. calyce longiore, etc.; ab H. florido Alph. DC. foliis angustioribus, haud revolutis, pilis longe rarioribus, colore inde viridi facile distinguitur. Fructus non vidi.

252. *Heliotropium rugosum* Ph. H. fruticosum; ramis junioribus, pilis adpressis dense vestitis; foliis confertissimis, elongatis, linearibus, obtusis, rugosis, margine revolutis, subtus pubescentibus, praesertim in nervo mediano valde prominentes, supra, dum juniora sunt, vernice glutinosa lucidissima illinitis; calyce profunde quinquepartito, hispido-pubescente; corollae albae glabrae tubo calycem sesquies aequante.

Prope Hueso parado 25°26' lat. m. et c. 1500 p. s. m. et Paposo legi. — Frutex 4—6-pedalis, ab incolis ut reliqua Heliotropia Palo negro dictus; folia 20—22 lin. longa, 1½ lin. lata; calyx 1½ lin. longus. Ab omnibus speciebus chilensibus fruticosis jam foliis exquisite rugosis distinguitur. Fructus non vidi.

253. *Heliotropium glutinosum* Ph. H. fruticosum, glutinosum, vernicosum, superioris pilis brevissimis hirtellum; foliis linearibus utrinque attenuatis, acutis, margine revolutis, punctis resinosis aspersis, glaberrimis; calycibus profunde partitis, hirtis, lacinii linearibus, demum patulis; corollae albae, glabrae tubo calycem aequante.

Ad Agua dulce 26°16' lat. m. et 6300 p. s. m. reperi, neque alibi. — Frutex 4-pedalis. Folia 12—13 lin. longa, 1¾ lin. lata, calyx 1½ lin. longus. Ab H. chenopodiaceo DC. foliis basi angustatis, longioribus, calycis lacinii angustioribus, duplo saltem longioribus dis-

crepat. — Fructus segmenta parallela, subrotunda, ad commissuram angustata, monosperma; species igitur ad Euheliophyta pertinet.

254. *Heliotropium pycnophyllum* Ph. H. fruticosum humile, totum pilis adpressis incanum, subtrigisum; foliis confertissimis, linearibus, crassis, fere teretibus, obtusissimis; floribus (sub anthesi) fere capitatis; calyce usque ad medium partito, lacinii linearibus; tubo corollae aurantiacae calycem bis aequante.

Ad las Animas 26°16' et Cachinal de Costa 26°4' lat. m. hanc speciem observavi. — Fruticulus modo 1½ pedalis; folia ad summum 7 lin. longa, fere 1 lin. lata et crassa; calyx 2½ lin., corolla 5½ lin. longa. Ab H. stenophyllo non solum foliis sed etiam calyce longe tubuloso, solum usque ad medium fesso; corolla longe tubulosa etc. toto coelo differt.

255. *Eritrichum calycinum* Ph. E. perenne? erectum, ramosum, hispidum; pilis seu setis albis in parte superiore patentibus 1—½ lin. longis; foliis sessilibus, linearibus, obtusis; spicis terminalibus, densifloris, geminatis; floribus minutissimis, calycibus magnis, excrecentibus, demum 4½ lin. longis et setis flavis tectis.

In valle Sandon 25°4' lat. m. et c. 9000 p. s. m. inventi specimina tria, 6-pollicaria, unum fere suffruticosum. Folia fere 9 lin. longa, vix ¾ lin. lata; laciniae calycinae angustissimae, lineares; corolla, ut in omnibus sequentibus, alba, vix 1½ lin. longa, diametro limbi vix 1 lin.; tubus ejus angustissimus, limbo sensim dilatato, plicato, neque hypocotylomorpho; achaenia laevissima, apice elongata et angustata. Calyce demum maximo facillime cognoscitur.

256. *Eritrichum hispidum* Ph. E. setis patentibus albis hispidissimum; caule simplice, erecto; foliis lato-linearibus erectis; spicis densifloris, divisis; calyce 2 lin. longo, setis flavis horrido, lacinii linearibus obtusis, haud accrescentibus; flore magno.

In ascensu montis Alto de Varas c. 24°35' lat. m. et 1000 p. s. m. specimen legi. — Caulis 4½ poll. altus; folia 10 lin. longa, 1 lin. lata; diam. limbi corollae fere 3 lin., tubus fere 1½ lin. longus, perfecte cylindricus nec sensim in limbum dilatatus; achaenium elongatum, laevissimum, ut in priore. Ab hoc, quocum setis horridis convenit, distinguitur: calyce duplo minore, corolla vero duplo majore.

257. *Eritrichum micranthum* Ph. E. perenne? humile, e basi ramosissimum, erectum, pilis albis patentibus hispidum; foliis linearibus; racemis demum valde elongatis, floribus confertis, demum distantibus; calyce 1½ lin. longo, setis flavis horrido; flore parvo.

In valle Sandon 25°4' lat. m., 9000 p. s. m. crecit. Caulis 5 poll. altus; folia 4½ lin. longa, 1 lin. lata; corolla infundibuliformis potius quam hypocotylomorpho, modo 1 lin. longa; achaenia elongata, transversim rugosa. — Ab E. hispido floribus minutis, pilis brevioribus tenuioribus; ab E. calycino calyce parvo haud accres-

cente, a globulifero Clos. foliis duplo minoribus, spicis longioribus differre videtur. Dimensiones partium floralium a cl. Clos omisae.

258. *Eritrichum chaetocalyx* Ph. E. annuum, humile, caule ramoso, diffuso, pilis albis adpressis strigoso; foliis angustolinearibus, demum albo-verrucosis; spicis terminalibus densioribus; calyce parvo, vix $1\frac{1}{2}$ lin. longo, setis longis flavis patentibus horrido, praesertim in basi; flore medioeri.

Ad litus prope Pan de Azucar inveni (26°10' lat. m.) — Caulis modo 4—5-pollicaris; folia fere 9 lin. longa, vix 1 lin. lata, verrucis magnis lacteis, margaritaceis aspera, quae antea setas gesserant. Diameter corollae 2 lin. Achaenia elongata, rugoso-punctata. — Pubescentia caulis, foliorum et calycis facillime a congeneribus distinguitur.

259. *Eritrichum parviflorum* Ph. E. annuum, humile, ramosissimum, cinereum; caule pilis albis, adpressis strigoso; foliis subuliformibus, verrucosis, albo-setosis; spicis ramosis; calyce setis patentibus albis tecto, corollaque minimis.

In arena litoralī prope Caldera frequens crescit. — Radix simplicissima, fusca; caulis modo 2—2 $\frac{1}{2}$ poll. altus; folia 4—5 lin. longa, $\frac{1}{3}$ lin. lata; flores satis approximati; calyx vix ultra $\frac{3}{4}$ lin. longus. Achaenia minima, $\frac{1}{4}$ lin. longa, ovata, cinerea, verrucoso-punctata.

260. *Eritrichum strictum* Ph. E. caule erecto, stricto, demum ramoso, pilis patentibus hispido; foliis elongato-linearibus, albo-verrucosis et hispidis, superioribus basi latioribus; ramulis multis, abbreviatis, folia vix aequantibus; ramis supremis floriferis confertis; calyce setis flavis tecto; foribus minutis.

Unicum specimen ad Miguel Diaz 24°36' lat. m. 860 p. s. m. lectum servo. — Caulis 1-pedalis, imo apice florens, et nihilo minus ramulo (abortivo?) in quavis axilla munitus; folia 14 lin. longa, $1\frac{1}{2}$ —2 lin. lata; calyx 2 lin. longus, laciniis linearibus; diameter limbi corollae $1\frac{1}{4}$ lin. Achaenia breviora et latiora quam in reliquis speciebus, alba, dense punctata, et verrucis aliquot parum prominentibus munita. — Habitus E. cryptanthi Alph. D. C., quod vero floribus axillaribus fere a basi caulis inde natis etc. statim dignoscitur.

261. *Eritrichum subplexicaule* Ph. E. pilis albis patentibus hispidum, caulibus erectis, ramosis, debilibus; foliis lanceolato-linearibus, basi lata semiamplexicaulis; racemis terminalibus elongatis; floribus demum remotis; calyce parvo, setis flavis hispido; corolla magna.

Prope Paposo in regione fertilliori inveni. — Radix nigra, ramosa. Caulis 1-pedalis, sed vix $\frac{3}{4}$ lin. crassus; folia 12 lin. longa, 2 lin. lata. Racemi demum 6 poll. longi; calyx $1\frac{1}{2}$ — $1\frac{2}{3}$ lin. longus, corollae diameter 3 lin. Achaenia parva, e fusca albidā, elongata, verrucis parvis graniformibus dense obiecta. — Floribus magnis cum E. hispido mihi et phacelioidi Clos. convenit, sed ab hoc spicis elongatis, erectis, floribus distan-

tibus; ab E. hispido vero pilis brevioribus mollioribus, ab utroque foliis basi lata fere amplexicaulis differt.

262. *Eritrichum gnaphalioides* Alph. DC. Gay IV. p. 466.

Hunc fruticulum a valle Doña Ines dicta (25°55' lat. m., 7900 p. s. m.) inde ad meridiem fere usque ad Chañaral bajo (26°36' lat. m.) pluries inveni; Februario jam defloruerat. Incolae provinciae Copiapinae Té del burro seu Té del campo vocant et infusiones ejus loco Theae chinensis bibunt.

263. *Eritrichum filiforme* Ph. E. caule humili, erecto, parce ramoso, filiformi, pilis albis, adpressis vestito; foliis lineari-filiformibus; floribus spicatis; calyce pilis patentibus, flavescenti albis horridis, fructiferis clausis; corollae tubo calyce aequante, limbo diametri $1\frac{1}{3}$ lin.; nuculis albis, asperulis.

Prope Hueso Parado specimen inveni. — Caulis modo 4-pollicaris; folia ad summum $3\frac{1}{2}$ lin. longa, $\frac{1}{4}$ lin. lata; calyx florifer 1 lin. longus, lacinae lineares, tubum subaequantes.

Labiatae.

264. *Mentha piperita* L. Gay IV. p. 455.

Ad aquam de Panul dictam 24°45' lat. m. frequentissima est, incolis Yerba buena.

265. *Salvia tubiflora* Sm. DC. Prodr. XII. p. 325.

In toto tractu herbifero litoralī a Cachinal de la Costa 26°4' lat. m. usque ad Miguel Diaz 24°36' lat. m. occurrit. — Suffrutex elegans, quadripedalis. Caulis pubescens, glutinosus. Folia cordato-ovata usque ad 30 lin. longa, 24—25 lin. lata, petiolo pollicari fulta, grosse crenata, supra glabra, subtus pallida, pubescentia, imo sublanata. Verticilli distantes, biflori, bracteis ovatis, caducis, nervosis muniti. Pedicelli calyce breviores. Calyx 7 lin. longus, cylindricus, tridentatus, glanduloso-hirtus; corolla coccinea, magna, 21 lin. longa, pubescens, calyce ter aequans; galea recta, acuta, integra, labium trilobum, utrumque tertiam partem tubi aequans. Genitalia exserta; staminum connectivum longissimum, sacculo altero antherae obsoleto.

266. *Salvia paposana* Ph. S. annua, puberula, erecta, ramosa; foliis subsessilibus, ovatis, triangularibus, crenatis, supra subtusque puberulis, floralibus deciduis; verticillastris 10—12 floris; calyce costato; tridentato, dentibus ovalibus; florifero tubuloso, fructifero ampliato, ovato; corolla caerulea, calyce bis aequante, staminibus styloque glabris exsertis.

In eadem regione ab Hueso parado 25°26' lat. m. usque ad Miguel Diaz 24°36' reperitur. — Caulis circa bipedalis, folia inferiora, quae adsunt, fere 2 poll. longa, vix $1\frac{1}{2}$ poll. lata, petiolo 2 lin. longo suffulta; superiora $1\frac{1}{2}$ poll. longa, fere $1\frac{3}{4}$ lata, basi truncata, imo subcordata; calyces floriferi fere sessiles, $2\frac{1}{2}$ lin. longi,

fructiferi campanulati, 4 lin. longi; corolla 4 — 4½ longa. Stamina filamentum breve, connectivum filiforme elongatum est; cujus rami valde inaequales, brevior apice capitulum parvum, i. e. antherae saccum abortivum, alter longior saccum perfectum fert.

267. *Stachys grandidentata* Lindl. Gay IV. p. 503.

In regione herbosa litoralibus occurrit; specimen prope Miguel Diaz lectum servo.

268. *Teucrium*.

In eadem regione hinc inde observavi e. gr. in descensu ab Agua del Clerigo 25°26' lat. m. et ad Cobre 24°16' lat. m., sed specimina lecta amisit.

Verbenaceae.

269. *Verbena sulphurea* Sweet. Gay V. p. 8.

Prope Paposo crescit.

270. *Verbena erinoides* Lamk. Gay V. p. 10.

Cum priore legi.

271. *Verbena glauca* Gill. Gay V. p. 16.

Prope Hueso parado 25°26' lat. m. et 1200 p. s. m. inventi.

272. *Verbena bryoides* Ph. V. fruticosa, ramosissima, erecta, pubescens sive villosa; foliis confertissimis, sparsis, persistentibus; profunde tripartitis, laciniis acerosis, pungentibus, in axilla fasciculum globosum foliorum novellorum (sen ramum abortivum) gerentibus, coque longioribus; capitulis florum terminalibus; bracteis lanceolatis calyce aequantibus, pungentibus; calyce quinquepartito, laciniis subulatis, pungentibus, ciliatis, tribus majoribus subreflexis; corolla glabra, calycem vix superante. Vide Tab. V. fig. c.

A monte Alto de Varas versus lucanum siccam salsam de Puntanegra dictam descendens ad 24°29' lat. m., c. 10,000 p. s. m., et iterum a monte Alto de Puquios versus vallem Pajonal dictam 23°53' et c. 10,500 p. s. m. Verbenam hanc singularem inveni. — Caulis 1½ pedalis. Folia sparsa, subterna, densissime conferta, quippe quae modo 1½ aut 2 lin. inter se distant; 2½ lin. longa sunt; gemma axillaris vix 1½ lin. metitur et plures annos persistere videtur. Capitula terminalia vix 6 lin. longa, densa; calyx 3 lin.; corolla pallide rosea, gratum Orchidearum odorem spirat. — Characteres nonnullos cum V. juniperina Lag. communes habet, sed in descr. hujus, a cl. Gay data, folia apposita dicuntur, et de fasciulis axillaribus foliorum novellorum altum silentium; quibus nostra habitum tam penicillarem sicut Saxifraga bryoides sive Fabiana bryoides mihi, et Lippia trifida Gay debet.

273. *Verbena* (Shuttleworthia) *deserticola* Ph. V. suffruticosa, glanduloso-pubescens; caule basi ramoso, ramis erectis, sex-pollicularibus; foliis omnibus oppositis, sessilibus, oblongo-cuneatis, trifidis, margine revolutis; laciniis inciso dentatis, plerumque iterum trifidis, acutis; spicis terminalibus, singulis ternisve, densis, basi foliatis; brac-

teis linearibus, calyce dimidium aequantibus; calyce quinquepartito; corolla pallide rosea, calyce bis aequante; appendicibus antherarum exsertis, flavis.

Ad aquas Puquios 23°50' lat. m. et 10,500 p. s. m. et Pajonal 23°56' lat. m. et 10,500 p. s. m. mihi occurrit. — Folia fere 8 lin. longa, 5 lin. lata, inferiora internodia aequantia, superiora internodiis breviora; spicae 10 — 12 lin. longae; laterales breviter pedunculatae, intermedia fere sessilis; calyx 4 lin. longus.

274. *Bouchea copiapensis* Gay V. p. 26.

In hortis ad canales irrigationibus inservientes tum ad oppidum Atacama, tum ad Copiapó frequens est; flores odorem gratum spirant, et planta hortis non indigna est. Fubercula magnitudine cerasi majoris fert. Fructus maturos non vidi. Num Priva laevis (Juss.) Gay V. p. 7. ab hac distincta est?

275. *Lippia trifida* Gay V. p. 29. *

Frequens in parte boreali deserti, ab aqua de Profetas dicta 24°45' lat. m., 9000 p. s. m. usque ad oppidum Atacama 22°26' lat. m., 7400 p. s. m. Ab Atacamensis Rica-rica vocatur. Odor fortissimus fere Menthae piperitae; 3 — 4 pedales vidi.

Acanthaceae.

276. *Dicliptera papsana* Ph. D. suffruticosa, basi ramosissima; caulibus teretibus, sub lente hirtis; foliis ovato-oblongis, utrinque angustatis, breviter petiolatis, acutis, mucronatis; floribus paniculatis; panicula terminali; bracteis ad basin capitulorum lineari subulatis; involuero a bracteis sex formato; exterioribus oblongis, cuneatis, acuminatis, subaristatis, interioribus inclusis, inaequalibus subulatis; calyce bracteis longioribus multo brevioris; corolla rosea, labio superiore integro, inferiore apice tridentato.

In tota regione herbosa litoris deserti, ad Hueso parado, Paposo, Miguel Diaz etc. — Caulis 1 — 2 pedalis; folia 12 — 15 lin. longa, 8 — 9 lin. lata; involuorum capitulorum fere 4 lin. longum 1½ lin. latum; calyx 1½ lin. longus; corolla 6 — 7 lin. longa, tubo 2½ lin. occupante; semina nigra, granulis albis notata.

Solanaceae.

277. *Fabiana denudata* Miers. Gay V. p. 43.

In parte boreali deserti fruticulus hic singularis viriditens aphyllus occurrit, e. gr. in montibus Pingo-pingo 23°40' lat. m., c. 10500' p. s. m.; inter Atacama et S. Bartolo 22°20' lat. m., 7500 p. s. m. prope Puquios 23°50' lat. m., 10800 p. s. m. incolis Toillia audit.

278. *Fabiana bryoides* Ph. F. humilis, fruticosa, ramosa, vernicosa, fasciulis foliorum minimorum (ramis abortivis) omnino tecta; foliis veris squameiformibus; floribus solitariis, vernicosis ramulis laterales terminantibus; calycis laciniis linearibus, brevibus; corolla ascendente, ante fauces paulo inflata, plicata; dentibus limbi brevibus, triangularibus, obtusis. Vide Tab. V. fig. D.

In monte Alto de Varas c. 24°29' et 11000 p. s. m. primum vidi, dinde prope Puquios 23°50' et 11000 p. s. m. et in via a Barrancas blancas ad Riofrio c. 24°40' lat. m. et 9500 p. s. m.; ab incolis pata de perdiz nominabatur.

Tota planta $1\frac{1}{2}$ — 2-pedalis. Fasciculi subglobosi foliorum, qui eam omnino tegunt, ita ut cortex nunquam fere conspici possit, diametrum 1 — $1\frac{1}{4}$ linearum habent: folia vera vix 1 lin. longa sunt, calyx $1\frac{1}{2}$; corolla pallide caerulea 5 lin. longa est; stamina tubo paulo breviora; stylus leviter bifidus ei aequalis. Follis parvis confertissimis, ex quavis axilla ramum abortivum emittentibus cum Verbena bryoidi et Lippia trifida convenit.

279. *Nicotiana solanifolia* Walp. Gay V. p. 55.

In regione herbosa litorali a Hueso parado 25°26' lat. m. usque ad Miguel Diaz 24°36' crescit.

280. *Nicotiana crispata* Ph. N. perennis? pilosa, glanduloso-viscosa; caulibus erectis, ramosis; foliis sessilibus, oblongo linearibus, obtusis, margine undato-crispis; floribus ramos terminantibus solitariis vel paniculum pauciflorum formantibus; pedicello didymium calycem aequante; calycis laciniis late triangularibus, brevibus; corollae lutescentis tubo cylindrico, calycem bis aequante; lobis limbi brevibus, obovatis, erectis.

In valle deserti Zorras dicta (24°8' lat. m., 9600 p. s. m.) inveni. Caulis pedem altus, folia 8 lin. longa, $2\frac{1}{2}$ lata, plicae 4 — 6 utrinque exhibentes, infima squamaeformia: pedunculi $3\frac{1}{2}$ lin., calyx 4 lin.; corolla 10 lin. longa, diametri 2 lin. — Primum pro *N. noctiflora* Hook. habui, sed huic dentes calycini acuti lineari-lanceolati, tubus corollae calycem ter aequans limbusque extus purpureus tribuntur, quae notae in nostram minime quadrant. A *N. ulophylla* (male pro *ulophylla*) Dun. DC. prodr. XIII. a p. 560 differt: foliis inferioribus sessilibus, squamae-formibus?, floribus multo majoribus, (in *ulophylla* calyx 3 lin. et corolla modo 4 — $4\frac{1}{2}$ lin. longa), tubo corollae longiore cylindrico, neque inflato, etc.

281. *Nicotiana scaptigera* Ph. N. annua, molliter pubescens; foliis omnibus radicalibus, oblongis, obtusis, in petiolum lamina breviorum attenuatis; pedunculis radicalibus folia bis aequantibus, apice paucifloris, superioribus hirsutis, glutinosi; bracteis linearibus, inferioribus flores duplo superantibus; superioribus brevioribus; pedicellis brevissimis; calycibus basi bracteolatis, laciniis linearibus, deinde triangularibus; corolla viviscente calycem bis aequante, tubulosa; lobis limbi rotundatis; capsula calycem aequante.

Prope Agua de Varas, 24°38' lat. m., 9700 p. s. m., nec non ad Puquios 23°50' lat. m. et 11000 p. s. m. inveni. — Radix tenuis, alba, ramosa; petioli 8 lin. longi; lamina folii 16 lin. longa, 6 lin. lata; scapus 4-poll. linearis; bractae longiores 12 — 14 lin. longae, $\frac{3}{4}$ lin. latae; calyx fere 3 lin., corolla tubo glabriusculo, limbo glanduloso pubescente, $5\frac{1}{2}$ lin. longa. — A *N. monticola* Dun. DC. prodr. XIII. a p. 564. pedunculis radi-

calibus aphyllis, corolla anguste tubulosa etc. satis superque distincta videtur.

282. *Nicotiana frigida* Ph. N. humilis, pubescens, vix glutinosa; caulibus e collo radicis pluribus, 3-polliearibus, paucifoliis et paucifloris; foliis anguste lanceolatis, acutis, inferioribus in petiolum didymium laminae aequantem attenuatis, superioribus subsessilibus; floribus solitariis, terminalibus axillaribusque; pedicello didymium calycem aequante; calyce magno, tubuloso, angulato-plicato; dentibus brevibus, triangularibus; corolla viridi, calycem vix sesquies aequante, dentibus limbi late triangularibus, acutiusculis.

Prope Riofrio (24°50' lat. m., 10500 p. s. m.) legi. — Radix simplex, alba, tripolliearis, versus collum $1\frac{1}{2}$ lin. crassa; caules in speciminibus, quae attuli, vix tribus internodiis compositi; petioli foliorum radicalium 8 lin. longi; lamina 14 lin. longa, fere 3 lin. lata; pedunculus floris terminalis 4 lin. longus, fere 3 lin. latus; calyx $6\frac{1}{4}$ lin. longus, dentibus parum inaequalibus; corolla $7\frac{1}{2}$ lin. longa, tubo 2 lin. lato. Bractae ad basin florum axillarum lineares. Calyx accrescit; capsulam maturam non vidi.

Waddingtonia Ph. n. g.

Calyx tubulosus, persistens, profunde quinquefidus.

Corolla exacte tubulosa, breviter quinqueadata, aestivatione valvata. Stamina quinque, imo tubo corollae inserta, inclusa; filamenta capillaria; antherae cordato-bilobae, longitudinaliter dehiscentes; Ovarium biciloculare, multi-ovulatum, placentis dissepimento adnatis, stylus erectus, stamina aequans, stigma capitatum, simplex. Capsula calyce inclusa, bivalvis, valvis apice bifidis, a dissepimento solutis. Semina plurima, minima, valde rugosa. Inspice Tab. V. fig. E. Apex rami, magn. nat.; 1, flos nondum apertus, magn. nat.; 2, corolla aperta, magn. nat.; 3, calyx fructifer apertus, magn. nat.; 4, stylus; 5, capsula, magn. naturalis. Habitu ad *Nicotianam* accedit, a qua corollae aestivatione valvata discrepat.

a *Fabianis* corollae tubo perfecte cylindrico neque sensim ampliato, et valvis capsulae a dissepimento solutis nec non habitu differt.

283. *Waddingtonia floribunda* Ph. W. annua, pubescens, glutinosa; caule erecto, ramosissimo; foliis linearilanceolatis; floribus subraecosis, breviter petiolatis, bractea filiformi florem plerumque superante fultis; calyce quinquefido, laciniis linearibus subulatis; accrescente, demum ovato; corollis calycem semes vel sesquies aequantibus; capsula calyce inclusa.

Prope Chañaral bajo 26°36' lat. m., c. 4200 p. s. m. inveni. Caulis 13 poll. altus; folia 9 — 14 lin. longa, 1 — $2\frac{1}{2}$ lata; pedunculi $1\frac{1}{4}$; calyx fructifer $4\frac{1}{2}$ lin. longus.

284. *Physalis pubescens* L. Gay V. p. 62.

In valle los Perales prope Paposo 25° lat. m.

700 p. s. m. crescit, forte quondam culta; incolis Capuli audiat.

255. *Lycopersicum atacamense* Ph. L. totum puberulum, cinereum; foliis interrupte pinnatis, foliolis majoribus pinnatisectis, minoribus obovatis, omnibus inciso-crenatis; calyce corolla (lutea) triplo brevior; stylo parum exserto.

Inter Estancia vieja et Paposo in litore vix 200 p. supra mare, et iterum a montibus Pingo-pingo ad Tilopozo descendens c. 23°22' et 7500 p. s. m. inveni.

Caulis 2—3-pedalis; folia 3½ poll. longa, 20 lin. lata; foliolis majoribus 11—13, 14 lin. longis, 4½ lin. latis composita; ad basin pedicellorum bractea ovatae, 2 lin. longae, crenatae conspicuntur; pedicelli 6 lin. longi, calyx 2—2½, corollae diameter 8—9 lin., antherae 3½, stylus 3¼ lin. longus. Cymae 5—15-florae, fructus luteus, ni fallor, diametri 9—10 linearum, globosus. Differt a *L. esculento* pubescentia brevi, incana; calycibus corolla multo brevioribus; fructu; a *L. chilensis* Dun. pubescentia brevi, haud villosa, foliis utrinque canis, non superius virescentibus et pilosis; corolla subtus aegre puberula, nec villosa canescent; stylo parum exserto.

256. *Solanum elaeagnifolium* Cavan. Gay V. p. 82. Frequens in hortis oppidi Atacama 7400 p. s. m. 257. *Solanum flezuousum* (Witheringia fl.) Remy. Gay V. p. 70.

In litoralibus ad Caldera, portum Copiapinorum legi, et, si bene memini, etiam in monte Mejillones 23°5' lat. m. crescit.

258. *Solanum paposanum* Ph. S. herbaceum, puberulum; caule debili, erecto, ramoso; foliis ovatis, basi attenuatis, late decurrentibus, utrinque dentibus duobus grossis seu lobis acutis munitis, junioribus subtus cinereo-tomentosis; cymis ramulos terminantibus, subquadrifloris; pedicellis strigosis demum flexis; calyce hispido profunde quinquefido; laciniis linearibus, obtusis; corolla satis magna, caelesti.

In regione litoralibus herbosa ad Paposo colligi potest. — Caulis pedalis, internodia interdum 3-pollicaria; folia 2½ poll. longa, 1½ poll. lata; dentes acuti, interdum tanti ut folium lobatum appareat; pedunculus communis ab ultimo folio ad ramificationem 1½ poll., pedicelli 6½ lin., calyx 2½ lin. longus; diameter corollae quinqueangulatae 8½—9 lin. Stylus stamina stigmatum modum excedit. — A. S. runcinato R. et P. nec non a Feuillei Dun. (DC. prodr. nr. 128) foliis haud petiolatis, latissime decurrentibus facili negotio distinguitur.

259. *Solanum chenopodioides* Lamk. Gay V. p. 69. sive aliud e sectione *S. nigri*, quae omnia Yerba mora a Chilensibus vocantur, in eadem regione cum priore occurrit, sed specimina amici, ita ut speciem accuratius designare non possim.

290. *Lonchostigma bipinnatifidum* Ph. (*Lonchostigma caulescens* var. *bipinnatifidum* Dunal DC. prodr. XIII. a. p. 477.)

Primum prope Puquios 23°50' lat. m. et 11000 p. s. m., deinde ad Zorras 24°5' lat. m., 9600 p. s. m. et, si bene memini, etiam in valle Sandon 25°4' lat. m. et 9000 p. s. m. vidi. — Neque ego flores vidi. A *L. caulescens* praeter folia bipinnatifida laciniis angustioribus munita fructibus differre videtur; baccae in nostra exsiccatae, albae, in caulescens ex Gay V. p. 91. sordide violaceae. Radix pedem longa, pollicem fere crassa, carnosa, nullo modo tuberosa, ut *Indius atacamensis* mihi asseruit, qui hanc plantam Tulipapa, et papa cimarrona (i. e. *Solanum sylvestris*) appellavit, an cum *Solanum vero tuberosum* quodam eam confundens?

Rhopalostigma Ph. n. g.

Calyx regularis, ovatus, tubulosus, quinquefidus, Corolla (albida) tubuloso-infundibuliformis, regularis, quinqueidentata, aestivatione valvata; dentes limbi breves, late triangulares. Stamina basi inserta, recta, sed filamenta inferius in formam plicae saepe pubescentis cum corolla connata, superius libera, glabra, filiformia, inaequalia, tubum corollae aequantia. Antherae cordato-ovatae, biloculares, longitudinally debicentes. Ovarium ovatum, disco carnoso nullo cinctum; stylus filiformis rectus, corollam paulo excedens, sensim in stigma compressum, clavatum dilatatus, laminibus duabus conflatum. Bacca exsiccata, calyce inclusa, bilocularis; semina ossea, compressa, sed vix reniformia. — Frutices aut suffrutices, foliis minutis, linearibus, integerrimis, confertis. Cfr. Tab. VI. fig. A. Summitas rami Rh. microphylli; 1, stamen; 2, stylus cum ovario et disco carnoso, magn. natural; 3, stigma, aliquantum auctum, a duobus lateribus visum; 4, bacca magnit. natural; 5, semina; 6, stigma aliquantum auctum Rh. penduli.

Ad *Lycieae* pertinere videntur, a *Lycioplesio* ovario non obovato, stigmatum non bilobo, capitato, a *Juanillo* stylo exserto, a *Lycio corolla* infundibuliformi, staminibus inclusis etc. satis differt.

291. *Rhopalostigma microphyllum* Ph. Rh. suffruticosum, glanduloso-pubescent, viscosum; foliis minutis, confertissimis, sessilibus, oblongo-linearibus; floribus solitariis, subterminalibus, erectis; calyce tubuloso quinquefido; corolla calycem ter aequante extus pubescente, lobis limbi obtusissimis; stigmatum fere obverse triangulari, laminis stigmaticis haud decurrentibus.

Inter Agua dulce 26°16' lat. m., 6400 et Chañaral bajo 26°36' et 4200 p. s. m. in detritu rupium crescit. Incolis Oreganillo, ut sequens. — Planta bipedalis, satis pulchra. Folia modo 2½—3 lin. longa, ¾—1 lin. lata; pedunculi vix 1 lin., calyx 4 lin., corolla 10 lin., bacca 4 lin. longa.

292. *Rhopalostigma pendulum* Ph. Rh. suffruticosum, hirsutum, glutinosum; ramis virgatis, undique ramulos breves emittentibus; foliis minutis, 2 lin. longis, confertissimis sessilibus, oblongis; floribus in apice ramulorum subsessilibus, pendulis; calyce ovato, dentibus triangulari-

lanceolatis; corolla calyceem $2\frac{1}{2}$ aequante; stigmatis laminis decurrentibus.

Cum priore crescit, cujus forte varietas est, sed stigmati structura mihi nota gravis videtur. Ramuli 2 lin. inter se distant, inferiores $1\frac{1}{4}$ — $1\frac{1}{2}$ pollices longi, superiores ad fasciculos foliorum reducti, abortivi. Pedunculi 1 lin., calyx $3\frac{1}{2}$ lin., corolla 8 lin. longa. Fructus in specimenibus non adsunt.

293. *Lycium glaucum* Ph. L. fruticosum, erectum, glaberrimum, spinosum; ramis patentibus, cinereis; foliis parvis, obovatis, in petiolum satis brevem attenuatis, glaucis; floribus solitariis, ramulos parvos terminantibus; calyce campanulato, glauco, laciniis triangularibus, tubum aequantibus; corollae sordide violaceae tubo calyceem bis aequante, lobis limbi tubum aequantibus; staminibus exsertis; bacca....

In regione herbosa litorali ad Hueso parado 25°26' lat. m. inveni. — Frutex orygalis; spinae 3 lin. longae; folia 4 lin. longa, $2\frac{1}{2}$ lin. lata; petioli 2, calyx $1\frac{3}{4}$, tubus corollae $2\frac{1}{2}$ lin. longus.

294. *Lycium deserti* Ph. L. fruticosum, erectum, glaberrimum; ramis patentibus, vetustioribus cinereis, rimosis, junioribus albis; foliis minutis, fasciculatis, oblongo-linearibus, basi attenuatis, sessilibus; floribus solitariis in fasciculis foliorum; pedunculis folia aequantibus; calyce cupuliformi, plerumque 4-dentato, dentibus brevibus, triangularibus; floribus.....; bacca globosa, miniata.

Unice inter Cachiuyal 25°46' lat. m., 2056 p. s. m. et vallem Tartal 25°30' lat. m. legi. — Frutex orygalis; folia $2\frac{1}{4}$ — 3 lin. longa, 1 lin. lata; spinae 3 lin. longae; pedunculi 2 lin.; diameter calycis fructiferi $1\frac{1}{2}$ — 2 lin., baccae $3\frac{1}{2}$ lin. — Differt a L. minutifolio Remy foliis glaberrimis, oblongo-linearibus, neque ovatis, hirsutis; a L. stenophyllo ejusd. foliis et calyce glaberrimis, calycis dentibus brevibus, neque elongatis, oblongis, obtusis.

295. *Lycium horridum* Ph. L. fruticosum, erectum, ramosissimum, ramis rigidissimis, crassis, spinosissimis; foliis minimis, fasciculatis, linearibus, acutis, cinereis, hirtellis; pilis brevissimis; floribus solitariis et fasciculo foliorum ortis; pedunculo folia aequante; calyce cupuliformi, dentibus quatuor brevibus; corolla tubulosa, staminibus inclusis; bacca ovata.

In centro deserti crescit, primum ad aquam de Varas dictam, 24°38 lat. m., 9700' s. m. inveni, frequens in vallibus Sandon 25°97' lat. m., 9000' et Vaquillas, 25°4' lat. m. et pariter c. 9000 p. s. m. occurrit, ab incolis Calpichi vocatur. — Frutex orygalis; rami anni praecedentis crassi, rigidi, spinas 8 lin. longas et 1 lin. crassas, vix 4 lin. inter se distantes et fasciculos 4—6 foliorum ostendunt, sed rami novellae longe graciliores sunt. Cortex albus, in ramulis novellis glanduloso-puberulus; folia modo $2\frac{1}{4}$ lin. longa, vix $\frac{3}{4}$ lin. lata; baccae $2\frac{1}{2}$ longae miniatae. — A L. deserti discrepat pubescentia, foliis angustioribus, baccis ovatis etc.; a L. stenophyllo

Remy foliis brevioribus, cinereis, margine haud revolutis, calyce brevidentato; corolla ut videtur breviori et crassiore. (Corollam emarcidam modo examinare licuit.)

296. *Lycium humile* Ph. L. fruticosum, humile, humifusum, parce spinosum, glaberrimum; ramis albidis; foliis fasciculatis, oblongo-linearibus, obtusis, basi attenuatis, carnosis, supra canaliculatis, glauco-cinereis; floribus solitariis et fasciculo foliorum ortis, subsessilibus, erectis; calyce tubuloso, quatuor-vel quinque-dentato; corolla alba, tubulosa, sensim dilatata, calyceem $2\frac{1}{2}$ aequante, lobis corollae ovatis, quartam tubi partem aequantibus; staminibus inaequalibus, majoribus exsertis; bacca nigra, subglobosa.

Frequens in deserto ad aquas et solo argillaceo erumpentibus: primum prope Cachiuyal 25°22' lat. m. 4000 p. s. m. legi, deinde ad aquam Profetas dictam 24°45' lat. m., 9000 p. s. m., in valle Chaco 25°15' lat. m., 8500 p. s. m. etc.; nomen incolarum June est. — Rami majores vix ultra 6 poll. longi et cortice satis crasso vestiti sunt; folia majora $4\frac{1}{2}$ lin. longa, $1\frac{1}{2}$ lin. lata, calyx 2 — $2\frac{1}{2}$ lin. longus, tubus corollae aequantulum incurvus, $6\frac{1}{2}$ lin. longus. Bacca magnitudine et fere sapore illis Vaccinii Myrtilli similis. — Differt a L. albo R. et P. caule humili prostrato floribusque fere sessilibus, erectis etc.

Nolanaceae.

297. *Sorema elegans* Ph. S. herbaeae, prostrata; foliis basalibus glabris, oblongis seu oblongo-ovatis, sensim in petiolum longum attenuatis; caulibus geminis, sessilibus, late decurrentibus, supremis pubescentibus, linearibus, et basi lata sensim acuminatis; floribus magnis, azureis, centro luteis; pedunculo folio breviori, calyceem dimidium aequante; calyce late aperto, laciniis et basi sensim acuminatis, corolla calyceem bis aequante, glaberrima.

In regione deserti herbosa litorali satis frequens, praesertim ad Paposo. Canes circa 1-pedales; foliorum radicalium petioli bipollicares, lamina $2\frac{3}{4}$ poll. longa, $1\frac{1}{2}$ poll. lata; folia caulina mediana 21 lin. longa, 7 lin. lata; superiora 18 lin. longa, basi 3 lin. lata; pedunculi 6 lin. longi, calyx 11 lin. — Primum pro S. longifolia Miers habui, sed in hac (ex Dunal) folia lineari-spathulata, pedicelli modo $1\frac{1}{4}$ lin., calyx 9 lin. longus etc.

298. *Sorema bracteosa* Ph. S. herbaeae, prostrata, pubescens, valde glutinosa; foliis inferioribus et basi suberosa ortis, lanceolatis, in petiolum longum attenuatis, superioribus subsessilibus, floralibus linearibus, obtusis, flores superantibus; pedicellis 7 lin. longis, calyce brevioribus; corolla magna, azurea, calyceem bis aequante.

Prope Cachinal de la Costa 26°4' lat. m., 1700 p. s. m. crescit, nec non prope portum Coquimbo. — Caulis 9-pollicares; folia inferiora $2\frac{1}{2}$ poll. longa, 8 lin. lata, basi suberosa valde singularia, cujus pars dimidia, cadente folio, in caule remanet pulvisculum formans. Calyx fere 7 lin., corolla 12 lin. longa. — Similis anteedenti, a qua facillime basi suberosa foliorum, foliis supe-

rioribus hand decurrentibus, floralibus longioribus obtusis distinguitur. — Obs. Nucea majores dispermae sunt.

299. *Sorema parviflora* Ph. S. annua, pumila, glabruscula; erecta, aut diffusa; foliis spatulatis, radicalibus oblongis, caulinis linearibus; floribus solitariis, axillaribus erectis, pedunculo calyce brevioris; calyce quinquepartito; lacinis triangulari-lanceolatis; corolla albidis, calycem vix excedente; pedunculo fructifero reflexo.

In arena litoris ad Caldera, portum Copiapinorum crescit. — Tota planta vix 3-pollicaris a collo radicis ramos 2—3 erectos emittit; folia radicalia 8—9 lin. longa, 2½ lin. lata; caulina totidem longa, sed modo 1¼ lin. lata; calyx florifer 3 lin., fructifer 5 lin. longus. In fructu 13 nucleis valde angulatis inveni.

300. *Sorema? glutinosa* Ph. S. annua, pumila, dense pubescens, glutinosa, erecta; foliis radicalibus subspatulatis, caulinis linearibus; floribus axillaribus pallide caeruleis, satis magnis, breviter pedunculatis; calyce quinquefido, lacinis triangulari-lanceolatis; corolla calycem fere ter aequante; pedunculis fructiferis erectis.

Prope Caldera in arena litoralii legi. — Planta 3—9-pollicaris; folia radicalia 9 lin. longa, 2½ lin. lata; caulina totidem longa, sed modo 1 lin. lata; pedunculi 2½ lin. calyx florifer 3—4, fructifer 5 lin. longus. — Satis superque ab antecedente distincta est: calyce longe minus profunde inciso, fructifero erecto; corolla multo majore, pubescentia. Forte S. linearis Miers similior, sed hac in omnibus partibus minor est. S. linearis enim folia 13 lin. longa, pedunculos 6—9 lin. longos, calycis lacinias 5-lineares habet. — Drupis modo quinque in fructu inveni, an igitur ad Nolanas proprie sic dietas referenda? sed habitus omnino Sorematae.

301. *Dolia salsoloides* Lindley. Gay V. p. 109.

In declivi herboso montium litoralium prope Papos o inveni.

302. *Alona vernicosa* Ph. A. fruticosa, ramosissima, glabruscula; foliis confertis, parvis, carnosis, teretibus, basi solutis, obtusis; floribus solitariis; pedunculo folia superante; nec non calyce in alabastro rostrato, deinde bilabiato, glutinoso-vernicosis; corolla magna, infundibuliformi, violacea.

Fruticulus hic elegantissimus frequens in litore arenoso ad Caldera, portum Copiapinorum crescit. — Caulis vix 1-pedalis; folia 2 lin. longa, fere 1 lin. crassa; pedunculi 3½ lin., calyx 4½ lin., corolla 12—13 lin. longa. — Calyce bilabiato, in alabastro rostrato cum A. rostrata Lindley convenit, sed ramis glaberrimis, foliis brevibus, pedunculo sat longo cum calyce vernicoso differt. — Fructus nondum aderant.

303. *Alona xerophila* Ph. A. fruticosa, ramosissima, pubescens; foliis confertis, linearibus, obtusis, glabrusculis; axilla albopilosa; pedunculo fructifero deflexo, longitudinem calycis demum cupuliformis, explanati aequante; lacinias calycinis linearibus, obtusis; corolla. . . .

Unice prope Cachiuyal 25°46' lat. m., 2000 p. s. m. legi. — Frutex 3-pedalis; folia 5 lin. longa, 1½ lin. lata; pedunculi 3 lin. longi; diameter calycis fructiferi 5 lin. Jam Decembri flores et nuces deciderant. — Difert ab A. ericifolia Miers foliis longe minus confertis etc., a rostrata Lindl. et vernicoso nostra calyce fructifero explanato etc.

304. *Alona sphaerophylla* Ph. A. fruticosa, ramosissima, glaberrima; foliis confertissimis, minutissimis, carnosis, clavatis seu subglobosis, in petiolum brevissimum attenuatis; floribus solitariis, axillaribus, cernuis; pedunculo filiformi, calycem ovatum, quinqueidentatum aequante; corolla calyce multo majore.

In valle las Animas inveni (26°26' lat. m.), neque alibi vidi. — Fruticulus 1—2-pedalis; ramuli vestustiores flavescens, nitidi; folia vix 1 lin. longa, petiolo fere tertiam hujus longitudinis partem occupante; pedunculi 2½ lin. longi; dentes calycini exacte triangulares; corolla 7 lin. longa. Species haec foliis distinctissima est.

305. *Alona deserticola* Ph. A. fruticosa, ramosissima, dense glanduloso-pubescentis; foliis parvis, confertis, linearibus, obtusis, margine revolutis; floribus axillaribus, breve pedunculatis; calyce quinquepartito, lacinias fere lineariibus; corolla pallide caerulea, pubescente, infundibuliformi, calycem ter aequante.

In interiore deserti ad Chaco 25°15' lat. m., c. 9500 p. s. m. et ad Chañaral bajo 26°36' lat. m., 4200 p. s. m. a me inventa est. Frutex bipedalis; rami vestustiores lactei; folia 2½—3 lin. longa, 1—1½ lin. lata; pedunculus 1½ lin.; calyx 3, corolla 9 lin. longa; stamina inaequalia, duo majora fere ½ corollae aequant; stylus staminibus majoribus aequalis; ovaria biserialia. Fructus nondum aderant.

306. *Alona mollis* Ph. A. fruticosa? hirsuta; foliis teretibus, obtusis; floribus axillaribus, satis magnis; pedunculo folia fere bis aequante; calyce magno, inflato, campanulato; lacinias linearibus, ½ tubi aequantibus; corollae tubo calycem sesquies aequante, limbo amplo campanulato; genitalibus exsertis.

Ramulum in valle Cachinal de la Costa lectum servo. Folia 3 lin. longa, vix ¾ lin. lata; pedunculus 5 lin. longus, calyx 6½, corolla fere 12 lin. Stamina in medio tubo corollae inserta sunt, igitur Phrodus microphyllus Miers esse non potest, pro quo primum habui. Fructum non vidi.

307. *Alona micrantha* Ph. A. fruticosa, ramosissima, pilis brevissimis hirtella; foliis confertis, carnosis, lineari-spatulatis; floribus parvis, breviter petiolatis; calyce subcylindrico, ultra medium partito, lacinias linearibus obtusis; corolla calycem bis aequante, pallide caerulea; genitalibus exsertis.

Eodem loco cum priore inveni. — Frutex circa 1½-pedalis. Folia 5 lin. longa, 1½ lin. lata; pedunculi 1½, calyx 3 lin., corolla 5^o longa. Drupae 4—6 ovales seu

oblongae, angulose. — Differt ab antecedente pubescentia, calyce haud inflato, campanulato, ultra medium partito, corolla duplo minore

305. *Apusilla pusilla* Ph. A. annua, dense hirsuta; caule erecto, superius ramoso; foliis spatulatis, obtusis; floribus axillaribus, breviter pedunculatis; calyce parvo, usque ad medium partito; corolla calyce multoties longiore, tubo perangusto, virescente, faucibus albis, limbo pallide caeruleo.

Specimina duo, quae servo, prope Caldera lecta sunt, aut in valle Cachinal de la Costa. — Caulis quinquepollicaris, crassitie pennae corvinae. Folia radicalia emarcida, longe petiolata, caulina 7 lin. longa, 2 3/4 lata, sensim in petiolum 1 1/2 lin. longum attenuata, ramea subsessilia. Pedunculi 1 1/2 lin., calyx totidem longus, corolla 7 lin., stamina inaequalia, duo majora 2/3 corollae aequant; stylus staminibus majoribus subaequalis est. Unicus fructus, quem examinare licuit, drupis siccas quatuor globosas, valde inaequales, opacas, nigras ostendit.

309. *Atibrexia villosa* Ph. A. fruticosa, erecta, ramosissima, dense villosa, cinerascens; foliis sparsis, lineariteretibus, obtusis, subtus canaliculatis; floribus solitariis breviter pedunculatis; calyce tubuloso, quinquepartito, laciniis linearibus obtusis; corolla fere hypocotylomorphica, e caeruleo alba, tubo calyceo aequante, albo-villoso; lobis limbi ovatis, quartam tubi partem aequantibus; pedunculis fructiferis redexis.

Prope Breadal 25°25' lat. m., c. 1800 p. s. m. inventi. — Frutex circa bipedalis; folia 4 lin. longa, 1/2 lin. lata; pedunculus 1 1/2, calyx 4, corolla 6 1/2 lin. longa. Calyx fructifer vix accrescit; drupas sex, valde inaequales, vernicosas in fructu inventi.

310. *Atibrexia incana* Ph. A. fruticosa, erecta, ramosissima, pilis brevibus furcatis ramosive dense vestita et incana; foliis confertissimis, fere fasciculatis, carnosiss, spatulato-clavatis, obtusis; floribus solitariis, axillaribus, breviter pedunculatis; calyce ultra medium partito, laciniis linearibus obtusis; corolla calyce bis aequante, e virescente albid.

In littoralibus prope Paposo obvia est. — Fruticulus 1 1/2-pedalis, ramosissimus, caespites densissimos format; folia 4—5 lin. longa, fere 1 lin. crassa; pedunculus 1 lin., calyx 2 1/2, corolla 4 1/2 lin. longa; tubus corollae calyce angustior est, lobi limbi ovati reflexi; stamina tubum corollae fere aequant; stylus staminibus multo brevior est. Fructus nondum aderant. Observatio. Omnes Nolanaceae fruticose ab incolis Sosa brava vocantur.

Scrofularineae.

311. *Salpiglossis spinescens* Clos. Gay V. p. 127. Prope Chañaral bajo 26°36' lat. m., 4200 p. s. m. inventi.

312. *Salpiglossis parviflora* Ph. S. pubescens, glutinosa; caule erecto, ramosissimo, dichotomo; foliis radica-

libus oblongis, in petiolum attenuatis, profunde sinuato dentatis, imo pinnatifidis, rameis linearibus, integris, supremis minimis; floribus parvis, apices ramulorum terminantibus, luteis, nigro-venosis; calyce glanduloso.

In valle Sandon 25°4' lat. m. et c. 9000 p. s. m. reperitur. Caulis pedalis ad basin foliis fere rosulatis cinctus, quae fere 16 lin. longa, 4 lata sunt et dentes utrinque 4—5 habent; pedunculi 6 lin., calyx 1 1/2, corolla 3 1/2 lin. longa. Capsula ovata, semina angulata.

313. *Mimulus nanus* Ph. M. minimus, vix pollicaris, glaberrimus, subuniflorus; foliis rosulatis, ovatis, in petiolum brevissimum attenuatis, subintegerrimis; flore terminali, subsessili, erecto; lobis calycinis latis, subtriangularibus, superiore majore; corolla calyceo fere ter aequante, lutea, purpureo punctata; stylo elongato.

In valle Sandon ad basin humidam rupis cujusdam quinque specimina inventi. Folia ad summum 2 1/2 lin. longa, flos 3 lin. longus.

314. *Mimulus depressus* Ph. M. glaberrimus, humilissimus, caule brevi, undique radicante; foliis magnis, confertis, ovatis, in petiolum brevem, latissimum attenuatis, serrato-dentatis, subrosulatis; floribus in apice caulis confertis, subsessilibus; calycis lobis late-triangularibus, inaequalibus; corolla calyceo ter aequante, citrina, immaculata; staminibus majoribus et stylo calyceo bis aequantibus.

In eadem valle ad fontem superiorem c. 9500 p. s. m. inventi. Planta primo aspectu acaulis videtur. Folia 21 lin. longa, 12 lin. lata; petioli basi fere 3 lin. latus; lamina fere semper fascia transversa nigra notata est. Calyx 2, corolla 7 lin. longa; haec intus barbata.

315. *Orthocarpus australis* Benth. Gay V. p. 143.

Prope Paposo in regione herbosa occurrit.

316. *Linaria canadensis* (Antirrhinum L.) Gay V. p. 150.

Cum priore, nec non ad Cachinal de la Costa 26°4' lat. m. legi.

317. *Schizanthus laetus* Ph. Sch. hispidualis; foliis pinnatisectis, segmentis distantibus, subsessatis; pedunculis florem aequantibus; floribus parvis, intense caeruleis; tubo corollae calyceo aequante; labii superioris laciniis latissimis, tubo brevi, calyceo aequante; labii inferioris lacinia media cucullata, lobis obtusis.

In regione herbosa littoralibus ad Cachinal de la Costa, Hue'so parado, Paposo inventi.

Caulis 1 1/2 pedes altus; folia inferiora caulina 3 poll. longa, 12—13 lin. lata; segmenta 2 lin. lata, dentibus utrinque circa duobus; calyx 1 1/4 lin. longus, corolla 5 lin. Pili pedunculati et calycis clava nigra terminati. — A Sch. pinnato, retuso et gracili flore longe minore differt.

318. *Schizanthus lacteus* Ph. Sch. pubescens; foliis caulinis omnibus linearibus, pinnatifido-dentatis, dentibus obtusis; corollae lacteae tubo calyceo modo bis aequante; labii superioris tubum aequantis lacinia media ovata, emar-

ginata; lacinia media labii inferioris bifida, lobis angustis, linearibus.

Specimina duo parva prope Hueso parado 25°26' lat. m., 1200 p. s. m. lecta servo. — Folia 11 lin. longa, dentata s. lobis utrinque 6—7; floralia pariter dentata sunt, etsi minus profunde et dentibus paucioribus. Pedunculi calycem 2½ lin. longum superant. Calycis laciniae anguste lineares, obtusae. Labium superius corollae tubum subaequat, stamina labium minus aequant. Capsula calyce accrescente longior. — A Sch. candido tubo longe breviori facili negotio distinguitur.

319. *Calceolaria racemosa* Cav.? Gay V. p. 177.

Prope Paposo in regione fertiliori crescit. — Caulis 1—2-pedalis, internodiis 2—3 formatus, basi pilis albis, planis hirsutus, superius glanduloso puberulus. Folia radicalia seu potius ex imo caule nata rosulata, oblonga, in petiolum brevem attenuata, obtusiuscula, remote denticulata, fere integerrima, ciliata, supra glabriuscula, subtus praesertim in venis pubescentia, fere 6 poll. longa, 2 lata; caulina sessilia, ovata. Racemi gemini, 3—4 pollices longi uterque circa 9-florus, pedunculis geminis glanduloso-pubescentibus, 6 lin. longis; uno vel duobus ex divisione ramorum ortis longioribus. Calyx florifer 2 lin., fructifer 4 lin. Corolla fere 6 lin. longa; labium superius calycem aequans, vel paulo superans; inferius elongatum, late apertum.

320. *Calceolaria paposana* Ph. C. fruticosa s. suffruticosa, glanduloso-pubescentis; ramis elongatis, foliis sessilibus, ovato-oblongis, grosse dentatis, rugosis, supra scabris, subtus dense pubescentibus, fere tomentosis; floralibus late ovatis; paniculis elongatis, densifloris; bracteis ovato-oblongis integerrimis; calyce satis magno; corolla parva, calycem bis aequante, citrina; labio superiore brevissimo, inferiore elongato, longe aperto.

Prope Paposo cum priore legi, sed in tota regione ista occurrere videtur. — Planta 1—2-pedalis; folia 2 poll. longa, 10 lin. lata; panicea 6 poll. longa; pedicelli 4—6 lin., calyx fere 2 lin., corolla 4½ lin. longa. — C. viscosissima e Lindley similior quam ulli alii chilensis, sed non viscosa, calyx haud tomentosus, et labium inferius corollae elongatum, longe apertum.

321. *Calceolaria bipinnatifida* Ph. C. herbacea, erecta, debilis, pilosa, viscosa, ramosa, foliosa; foliis petiolatis, pinnatis, pinnis oblongo-lanceolatis, pinnatifidis, pedunculis unifloris, elongatis, apices ramorum terminantibus; corollae luteae labio superiore brevi, calycem haud aequante, inferiore subgloboso, calycem bis aequante.

Ad fontem Miguel Diaz dictum inveni. — Caulis 2—3-pedalis, 1¼ lin. crassus; folia 2½ poll. longa, 1¾ poll. lata, pinnis utrinque 4—6; pedunculi 13 lin. longi, calyx 2½ lin., corolla 5 lin. longa.

Plumbagineae.

322. *Plumbago caerulea* Kth. Gay V. p. 193.

In variis locis regionis litoralis reperitur, e. g. Hueso parado.

323. *Statice plumosa* Ph. St. caule erecto, fruticoso, ramosissimo, articulo, aphylo, cinereo; squamis amplexicaulibus, ovato-lanceolatis, scariosis, rufis, margine hyalinis, articulos superantibus; floribus subspicatis, terminalibus; spiculis bifloris, involucreatis; calyce costato, in costis ciliato, dentibus demum subulatis, longe plumosis; corollam pentapetalam aequantibus.

In regione litoralibus deserti ad Chañaral de las Animas 26°20' et Paposo inveni. — Fruticulus bipedalis, ramosissimus, rami fere filiformes. Squamae 1—1¼ lin. longae; intermedia in ramulis junioribus paulo breviora. Spiculae circa 3 lin.; bracteae ovatae, caeterum squamis caulinis similes. Laciniae calycis basi alatae, alis hyalinis, tubum fere bis aequantes, appendix pilosa tubo paulo longior. Corolla anguste tubulosa apparet, sed pentapetala est, petalis lineari-spathulatis; stamina imo petalorum ungui inserta petalo parum breviora; filamentum filiforme, anthera subglobosa. Styli quinque filiformes. Cum specimina nondum bene florentia invenirem de fructu et semine nihil afferre possum. Inspice Tab. VI. fig. B. Ramulus magnit. natur.; 1, flores duo cum bracteis suis, magnit. nat.; 2, calyx cum corolla, magn. nat.; 3, calyx auctus; 4, petalum cum stamine, auctum.

Species calycis lacinias primum alatis, demum plumosis valde singularis, quae forte proprii generis honoris meretur.

Plantagineae.

324. *Plantago deserticola* Ph. Pl. annua, acaulis; foliis linearibus, utrinque attenuatis, apice callose terminatis, pubescenti-pilosis, multinerviis; pedunculis ascendentibus, pubescentibus; spica laxa, 6—12-flora; bracteis ovato-lanceolatis, longe acuminatis, ¾ calycis aequantibus; lacinias calycinis ovatis, late scariosis, nervo mediano praesertim apice hirsuto; lobis corollae obtusiusculis, angustis, erectis, dimidium calycem aequantibus; capsula disperma.

Prope Hueso parado et Paposo legi. Folia 2 poll. 4 lin. longa, 1 lin. lata; pedunculi numerosi, foliis aequales vel longiores, spicae 6—8 lin. longae, calyx 2 lin., laciniae corollae ¾ lin. longae. — A Pl. patagonica Dene apud Gay = Ranegaguae Steud. pubescentia, foliis nervosis, spica multiflora; a Pl. tumida Dene apud Gay lobis corollae erectis, longioribus, angustioribus; a Pl. Steinheilii Brnd. pubescentia, a Pl. callosa Col. macrosperma Steud. pubescentia longe diversa etc. statim dignoscitur.

325. *Plantago litorea* Ph. Pl. perennis, acaulis; radice simplici, collo bulboso, pilis longis albis vestito; foliis linearibus sericeis, subvenenatis; pedunculis elongatis, ascendentibus, sericeis; spica oblonga, circa 12-flora, subdisticha, compacta, hirsuta; bracteis orbicularibus, dimidium calycem aequantibus; lacinias calycinis orbicularibus; lobis

corollae brevibus, tertiam tubi partem modo aequantibus, oblongis, erectis demum reflexis; capsula subglobosa, dissepimentis; seminibus exquisite marginatis.

In litoris arena prope Caldera, portum oppidi Copiapó, inveni. — Folia 18 lin. longa, 1 lin. lata; pedunculi 3-polliares; spica 6 lin. longa; calyx $1\frac{1}{2}$ lin., lobi corollae vix $\frac{2}{3}$ lin. longi. Jam collum bulbosum, albo-hirsutum hanc speciem satis distinguit, praeterea a Pl. deserticola spica haud interrupta hirsuta, bracteis orbicularibus, vix dimidium calycem aequantibus, lobis corollae brevioribus, latioribus, seminibus marginatis; a Pl. patagonica s. Raneaguae Steud. spica multiflora, lobis calycinis obtusissimis, a Pl. tumida bracteis obtusis brevibus, lacinis calycinis rotundatis, a Pl. Steinhellii et callosa pubescentia longe diversa discrepat.

326. *Plantago brachyantha* Ph. Pl. annua, acaulis foliis linearibus, albo-hirsutis, uninerviis; pedunculis pubescentibus, folia parum superantibus; spica oblonga circa 12-flora, hirsuta; bracteis ovato-lanceolatis, calycem subaequantibus; lacinis calycinis ovatis, margine scarioso, basi lato, apicem laciniae non attingente; lobis corollae ovatis, obtusis, erectis; capsula disperma.

Prope Cachinal de la Costa inveni, 26°4' lat. m. Folia 2 poll. 8 lin. longa, vix $\frac{3}{4}$ lata; pedunculi 3 poll. 8 lin. longi; spicae 6, sepalis 2, lobi corollae $\frac{1}{2}$ lin. longi. A priore praeter durationem bracteis et sepalis, a deserticola lacinis brevibus ovatis corollae; a patagonica Gay (Raneaguae Steudel) spica multiflora, lobis ovatis corollae; a Pl. tumida floribus et praesertim lobi corollae duplo minoribus etc. differt.

327. *Plantago Candollei* Rep.? Gay V. p. 197. In prato ad finem vallis Guanillo prope Paposo crescit, specimina colligere neglexi, incolis Llantén.

Nyctagineae.

328. *Oxybaphus micranthus* Choisy. Gay V. p. 206. In tractu littoralis herboso satis frequens est: ad Hueso parado, Paposo, Miguel Diaz eum vidi.

Amarantaceae.

329. *Telanthera juncea* Remy. Gay V. p. 224. Iisdem locis cum priore habitat.

330. *Amarantus* sp. In horto loci Chañaral bajo, seu Finca de Chañaral dicto.

Chenopodeae.

331. *Chenopodium murale* L.? Gay V. p. 231. Ad aquam Panul 24°45' lat. m. in littoralis vidi, sed specimina non legi.

332. *Chenopodium frigidum* Ph. Ch. annuum, decumbens; foliis petiolatis, triangulari seu rhombeo-ovatis, obtusis, integerrimis, furfuraceis, incanis.

In valle Riofrio 24°50' lat. m., 10,500 p. s. m. inveni. — Radix simplex; caulis basi ramosus, ramis spithameis. Folia inferiora $3\frac{1}{2}$ lin. longa, totidem lata; petioli breves aut dimidium laminam aequantes. Semina matura nondum aderant. — Differt a Ch. albo var. andina foliis multo latioribus, breviter petiolatis.

333. *Chenopodium hastatum* Ph. Ch. caule herbaceo, erecto, striato; foliis triangularibus, basi truncatis, hastatis, acutis, integerrimis, farinosis; pedunculo laminam vix aequante; spicis paniculatis, interruptis, subaphyllis.

In maritimis ad Caldera, portum oppidis Copiapó legi; cl. Gay ad Coquimbo inveniatur (herb. nr. 1325.)

Caulis vix pedalis, ramosus; folia 4 — 5 lin. longa, $3\frac{1}{2}$ — 4 lin. lata; supra mox dentes duos laterales s. basales divaricatos, mox vero fere obsoletos ostendunt. Glomeruli florum interdum bracteam setaceam, glomerulum aequantem habent. Semina matura non vidi; immatura rugoso-punctata, opaca sunt.

334. *Atriplex mucronatum* Ph. A. suffruticosum, decumbens, furfuraceum, incanum; foliis conferis, suborbicularibus, basi truncatis, fere cordatis, subsessilibus, apice breviter mucronatis, integerrimis; floribus femineis axillaribus; perigonis (bracteis Gay) transversis, apice tridentatis, dorso appendiculatis.

In valle Cachinal de la Costa 26°4' lat. m., 1700 p. s. m. crescit. — Rami decumbentes, 9 — 12 lin. longi; folia fere 5 lin. lata et cum petiolo brevi fere totidem longa, conferta; mucro apicis plerumque in foliis superioribus valde distinctus. Florum glomeruli et axillares et terminales; terminales fere unice masculi. Perigonium $1\frac{1}{3}$ lin. latum, vix $1\frac{1}{4}$ lin. longum, medio dente acuto et utrinque lobo rotundato munitum, appendiculis in dorso instructum.

335. *Atriplex retusum* Remy. Gay V. p. 240. Prope Cachiuyual 25°22' lat. m., 4000 p. s. m. frequens conspicitur.

336. *Atriplex deserticola* Ph. A. fruticosum, ramosissimum, dioicum, incanum, glabrum; foliis breviter petiolatis, oblongis, obtusissimis integerrimis, majoribus basi subhastatis; perigonis femineis subtriangulari-rotundatis, acutiusculis, obsolete carinatis, subinaequalibus, stylis inclusis.

In deserto atacamensi frequens; specimina in valle la Encantada 25°40' lat. m. et 8000 p. s. m. et prope Chañaral bajo 26°36' lat. m. et 4200 p. s. m. legi; incolis Cachiuyua, ut reliquae species fruticosae. Frutex plerumque orgyalis, ramosissimus, glaberrimus, omnino albus, ramulis junioribus teretibus. Folia majora 9 lin. longa, 6 lin. lata, crassa, apice rotundata, basi aliquantum cuneata et utrinque dente obtuso munita, qui in foliis superioribus deficit. Perigonium $2\frac{1}{2}$ lin. latum, $2\frac{1}{2}$ lin. longum, inaequale, foliolum alterum convexum, paulo majus, alterum apice concavum, paulo brevius; basis eorum truncata; apex angulum distinctum format. Semen castaneum

marginē rotundatum. — Differt ab *A. retuso* Remy foliis brevius petiolatis, inferioribus subhastatis; involucris majoribus, basi fere truncatis, apice magis productis; semine duplo majore.

337. *Atriplex atacameña* Ph. *A. fruticosum*, ramossimum, dioicum, incanum, glabrum, insigniter lepidotum, ramis noviciis sulcatis; foliis subsessilibus, ovatis, sinuato dentatis, emarginatis; foliolis perigonii inaequalibus, transversis, retusis.

Circa oppidum Atacama a 22°26' lat. m., 7400 p. s. m. frequentissimum est. — Frutex bi-vel tripedalis, squamis magis lepidotis quam aliae species chilenses; folia 5 lin. longa, 4 lin. lata, utrinque dentibus obtusis 2—3 munita; foliola perigonii 2 1/4 lin. lata, 1 1/3 lin. longa, retusa.

338. *Atriplex microphyllum* Ph. *A. fruticosum*, ramossimum, dioicum, tomentoso-furfuraceum, incanum; foliis confertissimis, subimbricatis, minutis, cordato-triangularibus, semiamplexicaulis, integerrimis, crassis, in axilla fasciculo foliorum novellorum munitis; floribus masculis ad apicem ramulorum dense confertis.

In centro deserti frequens e. g. in montibus Pingopingo 23°40' lat. m., 10,500 p. s. m., ad Tilopozo 23°20' lat. m., 7330 p. s. m., Puquios 23°50' lat. m., 10500 p. s. m., Barrancas blancas 24°32' lat. m., 9000 p. s. m. — Frutex bipedalis, foliis minutissimis, confertissimis, in quavis axilla fasciculum foliorum gerentibus valde insignis. Cortex ramorum adutorum, postquam squamae villosae decedunt, epidermide nitidissima vestitur. Folia 2 lin. longa, totidem lata.

339. *Salicornia peruviana* Kth? Gay V. p. 245.

Ad ripam paludis immensa saepe obiectae, quam de Atacama voco, 7400 p. s. m. variis locis conspicitur. — Rami floriferi 2 1/2 lin. crassi, articuli 2 lin. alti.

340. *Suaeda divaricata* Moq. Gay V. p. 247.

In arenosis litoreis ad Caldera, portum Copiapinorum, nec non in valle Cachinal de la Costa 26°4' lat. m., 1700 p. s. m. vidit.

Phytolaccae.

341. *Ercitia volubilis* Jusieu. Gay V. p. 262.

Ad aquam del Clerigo prope Hueso parado 25°26' lat. m. et 1237 p. s. m. inveni; incolis Uvilla. Ad carbonem conficiendum adhibetur.

Polygonaceae.

342. *Rumex crispus* L? Gay V. p. 277.

Ad aquam Panul in litore 24°48' lat. m. vidi, sed specimina nulla legi.

343. *Chorizanthe commissuralis* Remy. Gay V. p. 257.

In arena litoralī prope Caldera, portum Copiapinorum reperi.

Santalaceae.

344. *Quinchamalium carnosum* Ph. *Q.* annuum, humile; caulibus erectis, 3-pollicaribus; foliis carnosis, teretibus, obtusis, 6 1/2 lin. longis, fere 1 lin. crassis; perigonio 3 1/4 lin. longo, extus viridi, laciniis linearī lanceolatis, 3/4 tubi aequantibus; filamentis 2/3 laciniarum aequantibus, antheris linearibus, filamento suo paulo longioribus, stylo stamina superante; fructu. . . .

Duo specimina prope Cachinal de la Costa 26°4' lat. m., 1700 p. s. m. inveni. — Species foliis carnosis, teretibus distinctissima, propter magnitudinem et habitum unice cum *Q. parvifloro* mihi comparanda. Capitula foliis involucreta.

345. *Quinchamalium thesioides* Ph. *Q.* annuum? radice tenui, simplicī; caulibus strictis, erectis, valde striatis; foliis rigidis, linearibus, acutis, caulinis medianis 8 lin. longis, 3/4 lin. latis; capitulis densis; perigonio parvo, 3 lin. longo, extus viridi, laciniis linearibus dimidium tubum aequantibus, stamina superantibus, stylo brevioribus; antheris linearibus, sessilibus; nuculis haud costatis.

Prope Hueso parado 25°26' lat. m., 1200 p. s. m. legi. — Primum pro *Q. ericoidi* Brongn. habui, quom fructibus haud costatis foliisque strictis convenit, sed folia in nostro duplo longiora, capitula laxa non sunt, antherae sessiles et stylus non staminibus brevior, sed flore longior est.

345 b. *Quinchamalium thesioides* var. *flaccidum* Ph.

Eodem loco Quinchamalium legi, quod cum priore floribus et fructu omnino convenire videtur, sed foliis flaccidis, filiformibus, 11 lin. longis, vix 1/2 lin. latis differt; hac foliorum nota ad *Q. gracile* Brong. accedit, a quo vero fructu haud costato et flore minore, longe minus fesso abunde discrepat.

Euphorbiaceae.

346. *Euphorbia lactiflua* Ph. *Eu.* fruticosa, inermis, orgyalis, glaberrima; foliis sessilibus, oblongo-linearibus acutis; floribus ad apices ramulorum dispositis, solitariis ternisve; bracteis suborbicularibus; glandulis involucri transversis rotundatis; capsula leviter granulata; seminibus albocinereis, laevibus.

In regione litoralī a Pan de azucar 26°10' lat. m. usque ad Paposo 25° lat. m. fere ubique reperitur, incolis Lechera audit, unde nomen speciei desumpsit. — Frutex 1—1 1/2 poll. crassus, lacte tam abundante scatens, ut cortex post tres menses incisus magnam copiam effuderit. Cortex cinereus, ramuli plurimi brevissimi, plerique abortientes; folia 9 lin. longa, 2 lin. lata; bractaeae 4—5 lin. longae, totidem latae; capsula 2 1/2 lin. longa. Cortex semper lichenibus dense obiectus; rami minores saepissime nodos inflatos, ab insecti quajdam (Cecidomyiae?) larva illos habitante productos ostendunt. Tillandsia humilis Presl. fere unice in hac Euphorbia crescit.

347. *Euphorbia copiapina* Ph. Eu. annua? glaberrima, decumbens, diffusa, ramosissima; foliis petiolatis, suborbicularibus, basi subtruncatis; umbellis dichotomis; bracteis sessilibus, acutis, caeterum foliis conformibus; capsulis laevibus.

In litore arenoso prope Caldera, portum Copiapinorum, frequens. — Caules vix 4—6-pollicares; folia enervia, inferiora petiolo 3½ lin. longo fulta, superiora sensim brevius petiolata, floralia sessilia; lamina 3¼ lin. lata, 2½—3 lin. longa, basi truncata. Flos primus breviter pedunculatus. Involucrum (petala) purpureum, dentibus carnosus obtusis. Semina albidia, 1 lin. longa, apice triquetra laevissima. — Ab E. u. chilensi Rich. foliis basi truncatis, distincte petiolatis, enerviis, umbellis dichotomis etc. abunde differt.

348. *Euphorbia rotundifolia* Hook. Gay V. p. 337.

Frequens prope oppidum Atacama.

349. *Euphorbia hypericifolia* L. Gay V. p. 336.

Prope Chañaral bajo s. Finea de Chañaral 26°36' lat. m., 4200 p. s. m. inventi.

350. *Chiroptalum canescens* Ph. Ch. suffruticosum pills densis adpressis sericeo-canescens; foliis breviter petiolatis, inferioribus ovatis, trinerviis, superioribus lanceolatis, tripinerviis, imo pennatinerviis; petalis quinquefidis, calycem aequantibus; capsula dense villosa.

Prope Hueso parado 25°26' lat. m. et 1200 p. s. m. crescit. — Suffrutex pedalis; praesertim in caulibus dense sericeus, fere albus; folia inferiora 8 lin. longa, 6 lin. lata, petiolo bilineari indentata; superiora 11 lin. longa, 4 lata, subsessilia. Racemi erecti, folio aliquantulum breviores; calycis segmenta vix 1 lin. longa, petala et stamina aequant. Petala cuneata, laciniis duabus exterioribus divaricatis. Capsula 2 lin. longa. — Forma foliorum cum Ch. lanceolatum (Croton l.) Cav. convenit, sed pubescentia et racemis brevibus facillime distinguitur.

351. *Croton collinus* Ph. Cr. fruticosus erectus; ramulis novellis, petiolis floribusque dense flavo-hirsutis; foliis breviter petiolatis, ovatis, cordatis, margine repando denticulatis, supra pills brevissimis stellatis tectis, subtus valde venosis pilisque longis, mollibus, dense vestitis; racemo spiciformi terminali, floribus brevissime pedicellatis, femineis inferis; laciniis calycinis oblongis, intus glabris; petalis foris masculi spatulatis, ungue densissime ciliato-villosa; filamentis basi pariter longe barbatis.

In declivi montium litoralium prope Paposos occurrit, incolis Higuerrilla dictus. — Frutex orgyalis, ramis 1½—2 lin. crassis; petioli 8 lin. longi, canaliculati, lamina folii 4 poll. longa, fere 3 poll. lata, obtusiuscula, nigro mucronata. Stipulae minimae, vix ½ lin. longae. Racemus sub initio florendi 3 poll. longus; bractae lineares 1½ lin. longae. Flores femineis subsessiles; calyx 1½ lin. longus; stigmata exserta, involuta, (sicca) nigra; pedunculi florum masculorum 2 longi, calycem subaequantibus;

petala et stamina calycem aequant. Capsula (immatura) ovata.

Urticeae.

352. *Freirea erecta* Ph. Fr. caulis tenuibus, erectis, glabrusculis; petioli filiformibus, tertiam partem foliorum, ovatorum, acuminatorum aequantibus; laciniis involucri flores bis aequantibus.

Ad Paposos et Miguel Diaz legi. — Caules erecti, pedales, basi tantum ramosi, caeterum virgati, adultiores glaberrimi; internodia 1—2-pollicaria; petioli plerumque 2-lineares et breviores, raro 3 lin. longi; folia majora 8 lin. longa, 5 lin. lata, longe magis acuminata quam in Fr. humifusa, apice ipso tamen obtusiusculo, parce pilosa; lacinae involucri 1½ lin. longae, pilosae etc.

Piperaceae.

353. *Peperomia Döllii* Ph. P. foliis carnosis, verticillatis, ternis quaternisque, cuneatis, subtus rubris, carinatis, fere triquetris; amentis 1—4, elongatis gracilibus.

In valle Guanillo dicto prope Paposos, nec non prope aquam Panul dictam inventi. Caules spithamei, ¾ lin. crassi, carnosii; internodia 6—12 lin. longa; folia 4½ lin. longa, 1½—1¾ lata. Amenta 2½—3½ poll. longa, vix ½ lin. crassa. Fructus minimi, globosi.

Gnetaceae.

354. *Ephedra andina* Pöpp? Gay V. p. 500.

Frequens in locis mediterraneis deserti, jam supra Breadal paucae leucas a mari distans, c. 25°25' lat. m. et 1700 p. s. m. primos fructus inventi; sed etiam locis satis elevatis e. gr. ad Puquios 23°9' lat. m., 11000 p. s. m. crescit. Incolis Pingo-pingo; nulli ramulis vescuunt, homines fructum i. e. bracteas demum carnosas, rubras, satis insipidas comedunt.

Juncagineae.

355. *Triglochin fonticola* Ph. Tr. radice fibrosa;

scapo foliis semiteribus multo longiore, flores 10—17 gerente; fructibus trioccos, linearibus, basi attenuatis, rhachi adpressis; stigmatibus plumosis coronatis, pedicellum suum bis vel ter aequantibus.

Ad fontem Agua de Profetas dictam 24°45' lat. m., 9000 p. s. m. primum vidi, deinde ad Zorras 24°9' lat. m. et in aliis locis similibus; sequente rarior est. — Scapus circa sexpollicaris; folia modo 2—4 poll. longa, ligula brevissima; flores fere 1 lin.; capsulae 3 lin. longae, ½ latae, tertia vel quarta pars eorum ad basin attenuata; corona plumosa stigmatum fructu multo latior est.

356. *Triglochin atacamensis* Ph. Tr. radice repente, stolonifera; scapo paucifloro, laevi, adscendente, humili, folia linearia, crassa aequante; fructibus subrotundis, tricoccos; capsulis tribus, dorso trilateralibus; stigmatibus persistentibus.

Specimina ad Imilac 23°50' lat. m. et c. 8000 p. s. m., et ad Pajonal 23°56' lat. m. et 10500 p. s. m. lecta servo, et in aliis locis, e. gr. supra Zorras vidi. — Caulis subterranei 2 lin. crassi, cicatricibus valde approximatis notati; folia 2—3 poll. longa, 2/5 lin. crassa; ligula brevis, truncata; flores circa 12"; capsula 1 1/4 lin. longa, pedicellum aequans. — Facili negotio a Tr. montevidensi racemo paucifloro, fructibus duplo majoribus, trialatis, ligula brevi distinguitur.

Najadeae.

357. *Potamogeton filifolius* Ph. P. foliis omnibus vaginantibus, foliiformibus; spica subdiflora; pedunculo post anthesin incurvato; acheniis obovatis fere teretibus, basin versus attenuatis et stipitatis.

In fonte ad Tilopozo 23°20' lat. m. et 7330 p. s. m. frequens crescit; ex aqua extracta a mulis comeditur. Folia 3 1/2—4 poll. longa, vix 1/2 lin. lata, superiora opposita; vagina 6 lin. longa, sensim i. e. linea obliqua in folium abiens; pedunculi fructiferi fere semper recurvi, dum florent 7 lin. longi, fere in vagina foliorum inclusi; flores pauci, 2—4, parvi; achenia ovata, ecostata, stipitata, modo 1 1/4 lin. longa. — An P. tenuifolius Humb. nov. gen.? Quod opus inspicere non possum. P. pectinatus varietas minor foliis quidem convenit, sed spica interrupta multiflora et acheniis duplo majoribus, compressis, basin versus haud attenuatis, neque stipitatis abunde differre videtur.

358. *Potamogeton strictus* Ph. P. caule brevi, tereti, foliis omnibus submersis, angustissime linearibus, obtusis, strictis, basi vaginantibus, vagina utrinque cum folio conata et in auriculam acutam producta; pedunculo folia aequante; spica brevi, interrupta, pauciflora.

In rivulo vallis Zorras dietae 24°8' lat. m., c. 10700 p. s. m. inveni. — Caulis 4-pollicaribus; internodia 7-linearia; folia ad summum 2 poll. longa, 1/2 lin. lata; vaginae plerumque 6 lin.; fructus (immaturus) ecostatus. — Differt a priore: foliis strictis, vaginis summo opere differentibus, in auriculas acutas productis; pedunculis longis, bipollicaribus, floribus pluribus, acheniis ut videtur majoribus, compressis. Fructum maturum non vidi. An varietas P. pectinati?

Bromeliaceae.

359. *Pitcairnia chrysantha* Ph. P. foliis carnosis, glaberrimis, 5—6-pollicaribus, margine dentibus spinescens, distantibus, recurvatis armatis; caule fruticoso, erecto, simplici, basi foliosa, spicam axillarem densifloram unam alteramve emittente; bracteis glaberrimis, rufis, striatis, lanceolato-triangularibus, florem dimidium aequantibus; calycis foliolis rufis-flavescentibus, ovatis, truncatis, mucronatis; petalis 2 1/2 vices sepala aequantibus, spatulato-lanceolatis, luteis, 9 lin. longis.

In toto littorali deserti a Pan de Azucar usque ad Cobre (a 26°10' lat. m. — 24°15') occurrit, incolis Cha-

guar et Chaguar del jote. — Folia 5—6 poll. longa, 10—12 lin. lata; spinae marginales fere 6 lin. inter se distantes, 2 1/2 lin. longae. Caulis circa 1 1/2 pedalis, internodia 1 1/4—1 1/2 pollicaria, in axilla bractae marcescentis gemmas acutas fovent, quarum una vel altera in spicam densam 3-pollicarem florum aureorum explicatur. Flos semisuperus i. c. in media altura ovarii insertus. Sepala 4 lin. longa 1 1/2 lata; petala convoluta, 10 lin. longa 3 lata. Stamina imo ungui petalorum inserta, iisque paulo breviora.

360. *Pitcairnia.*

Aliam speciem majorem sed pariter floribus aureis resplendentem in iisdem locis, at multo rariorem vidi; prope Paposo florebat, sed specimina in rupe inaccessibili erant. Incolae eam perfecte ab anteriore distinguunt, et rhizoma ejus dulce comedunt; rhizoma P. chrysanthae insipidum, amarulum est. Eodem nomine Chaguar vocatur.

361. *Tillandsia humilis* Presl. Gay VI. p. 16.

In regione littorali herbifera praesertim supra Hueso parado et prope Paposo satis frequens est, praecipue in Euphorbia lactiflora; multo rarior in Ceris crescit, semel tantum haud parasitam in rupe vidi. Flores non vidi, sed alabastra et capsulas immaturas. Incolae nomen Yaichigue dant.

Irideae.

362. *Sisyrinchium azureum* Ph. S. caule accipiti laevi, glaberrimo, simplici; foliis ensiformibus, linearibus, striatis, caule brevioribus; spathis lineari-lanceolatis, pedicellos aequantibus; sepalis azureis, retusis, mucronatis; columna staminifera dimidium sepalorum aequante; capsula orbiculari, glaberrima.

Prope Cachinal de la Sierra 25° lat. m., 7000 p. s. m. legi. Agua de Profetas 24°45' lat. m., 9000 p. s. m. — Caulis 6—12 poll. longus, strictus, folia 1 1/2 lin. lata (in varietate minore modo 1 lin. lata). Perigonium fere rotatum, tubo brevissimo luteo; lacinae 2 1/2 lin. longae, subtruncatae, medio mucronatae, exteriores paulo latiores, quinquevnae, interiores angustiores, triernvae; columna staminifera cylindrica, basi lutea et hirtella, superius glabra et violacea. — A S. chilensi Hook. caule simplici, floribus azureis, spathis brevioribus etc. differre videtur.

363. *Sisyrinchium chilense* Hook. Gay VI. p. 23.

Prope Paposo vidi varietatem floribus luteis.

364. *Tigridia?*

Specimen unicum Irideae, quam ad hoc genus refero, supra Cachinal de la Sierra, aliud ad Paposo inveni, sed flos tam fugax erat, ut illum servare non potui, et bulbi ejus pariter in hortis Santiaguinis perditii sunt. — Bulbus ovatus, pollicem altus, tunicatus, castaneus; apophyllus; caulibus pedalis, teres, glaber, laevis, trifolius; folia lineari ensiformia, 1 1/2 lin. lata, duo inferiora caule longiora, ter-

tium $2\frac{1}{2}$ pollicare, caulem aequans. In apice caulis spatheae duae, lanceolatae, herbaeae; pedicelli duo spatheae majore breviores, erecti; flos, quantum memini, pollicaris corollae parte inferiore cupuliformi et lacinis reflexis constans.

Dioscoreinae.

365. *Dioscorea fastigiata* Gay. VI. p. 54.

Frequens in arena litoralī ad Caldera, portum Copiapinorum.

366. *Dioscorea tenella* Ph. D. foliis cordato-ovatis, mucronatis, 7-nerviis, petiolo capillaceo folium subaequante; floribus masculis paniculatis, paniculae folio multo longioris ramulis patentibus, 3—4-floris; perigonio minimo, subsessili; floribus femineis axillaribus; capsula satis magna, obovata.

Prope Paposō invenitur. — Caules tenues, filiformes; folia majora vix 14 lin. longa, totidem lata, pleraque modo 11 lineas longa; paniculae florum masculorum usque ad 3 pollices longae; rami circa 6—9 capillacei; diameter perigonii rotati vix 1 lin., laciniae oblongae obtusae; capsula $4\frac{1}{2}$ lin. longa, 4 lin. lata. — Ab omnibus affinis facile inflorescentia paniculata et floribus minimis distinguitur.

367. *Dioscorea* sp.

Aliam speciem eodem loco vidi, sed deficientibus specimenibus accuratius indicare non possum.

Amaryllideae.

368. *Rhodophiala uniflora* Ph. Rh. scapo humili, unifloro; spathis diphyllis, scariosis, purpurascensibus; pedunculo spathis breviorē; perigonii rosei, in purpureum vergentis tubo ovarium aequante, lacinias fere linearibus; antheris styloque circa $\frac{3}{4}$ perigonii aequantibus.

Supra aquam Cachinal de la Costa dictam inveni ad 26°4' lat. m. et c. 2000 p. s. m. Folia non aderant; spathae exteriores aequales, 14 lin. longae nervosae, oblongo-lineares; interiores duae, minores, fere setosae; pedunculus 7 lin. longus; gerigonium 24 lin. longum, laciniae modo $3\frac{1}{2}$ lin. latae. Stylus rectus, declinatus, stigma indivisum, aegre elavatum dici potest. — Tubo ovarium aequante aliquantulum a genere recedit.

369. *Rhodophiala laeta* Ph. Rh. scapo ultra pedali; umbella 3—5-flora; spathis scariosis, exterioribus purpurascensibus; perigonio sub-hexaphyllo et violaceo-purpureo, immaculato; foliis aequalibus, lanceolatis, mucronulatis; staminibus inaequalibus, dimidium sepalorum aequantibus, styloque parum longiore adscendentibus.

In regione herbosa prope Paposō c. 1200 p. s. m. reperitur. — Folia plana, 4 lin. lata; scapus compressus, biangularis, cavus, basi rubens; spathae circa 8 lin., pedunculi 1—2 pollices longi. Perigonium $2\frac{1}{4}$ poll. longum, tubo fere sextam hujus longitudinis partem aequante, sexsulcato, virescente; foliola $5\frac{1}{2}$ lin. lata, exteriora haud mucronata, interiora apice mucronata et barbata; stamina

ima basi perigonii inserta; stylus apice parum incrassatus, trigonus. — A Rh. amaryllidoī stylo incluso staminibusque brevioribus differt.

370. *Alströméria violacea* Ph. A. caulium steriliū foliis petiolatis, resupinatis, ovato-oblongis, 5-nerviis, haud ciliatis; caule florifero squamato; squamis tertium caulis partem amplectentibus, sensim attenuatis; umbella circa 5 radiata, pedunculis bifloris; foliolis brevibus involvcri bracteisque pedicellorum squamis caulibus similibus; perigonio violaceo 20 lin. longo; foliolis omnibus aequilongis, margine anteriore serrulatis, exterioribus (sepalis) obovato-oblongis, interioribus (petalis) angustioribus, subrhombicis, longe apiculatis, lineolis aliquot obscuris violaceis notatis.

In regione litoralī herbosa deserti crescit. — Caulis florifer 1— $1\frac{1}{2}$ pedalis. Folia sterilia petiolum 9 lin. longum, laminam 2 poll. longam, 10—11 lin. latam ostendunt; squamae caulis fertitis $2\frac{1}{2}$ lin. latae, 7 lin. longae; pedunculi usque ad divisionem 20 lin. longi; sepalia 7 lin., petala $5\frac{1}{2}$ lin. lata; stamina $\frac{2}{3}$, stylus trifidus $\frac{3}{4}$ perigonii aequant.

371. *Alströméria paupercula* Ph. A. caule erecto, humili, squamoso; umbella depauperata 2—3-flora; pedunculis uni-, bifloris; flore pallide lilacino; foliolis exterioribus (sepalis) spatulatis, emarginatis, versus apicem in medio viridibus, mucrone lato, viridi terminatis; interioribus (petalis) aequae latis, sed quinta parte longioribus, sensim acuminatis, pariter apice viridi terminatis, basi lutescentibus strigis pallide violaceis, parum conspicuis picta.

In aridissimo monte litoralī Mejillones 23°5' lat. m., et c. 1200 p. s. m. unicum specimen inveni. — Caulis 2-pollicaris; folia seu squamae $3\frac{1}{2}$ lin. longae, intermedia bis aequantes, margine undatae, emaricidae; pedunculi $5\frac{1}{2}$ lin. longi; sepalia 16 lin. longa, 5 lin. lata; petala 19 lin. longa, 5 lin. lata; stylus apice trifidus sepalis parum brevior. Differt ab anteriore habitu, foliolis perigonii inaequilongis, sed aequae latis, vix serrulatis, angustioribus etc.

Liliaceae.

372. *Scilla triflora* Ph. Sc. foliis sub anthesi emaricidis, nullis; scapo in racemum longum, laxum, multiflorum terminato; pedicellis plerumque ternis; sepalis obtusiusculis, albis, nervo mediano viridi; filamentis planis sensim angustatis, perigonio brevioribus; stylo ovarium aequante.

Prope Paposō in regione herbosa inveni. — Scapus usque ad initium racemi 5-pollicaris, racemus 9-pollicaris; pedunculi circa 8 lin. inter se distantes, fere omnes terni, bractea majore et una duabus minoribus, omnibus e basi triangulari subulatis, emaricidis fulvi, erecto patuli, 8—9 lin. longi; sepalia 4 lin. longa; capsula globosa; seminibus oblongis, haud alatis, 4—5 in quovis loculo. — Differt a Sc. choroleuca Knth. racemo elongato, pedicellis ternis, seminibus haud alatis; a Sc. biflora R. et P. (a cl. Gay omissa, quam prope Co-

quimbo legi) racemo elongato multifloro, pedunculis ternis, brevioribus, gracilioribus; a Sc. geminiflora pedunculis ternis, stylo ovarium aequante, qui in illa brevis dicitur.

373. *Leucocoryne narcissoides* Ph. L. scapo bifloro; laciniis limbi perigonii patentibus, lanceolatis, tubum longe superantibus; staminibus sterilibus cylindricis, brevibus, vix dimidium tubi partem aequantibus.

Supra vallem Cachinal de la Sierra 2694' lat. m., c. 2000 p. s. m. inveni. — Folia non aderant; scapula 6-pollicaris; spathae 9 lin. longae; pedunculi 7 lin., tubus perigonii 4½ lin., lacinae limbi 7 lin. longae, 2½ lin. latae, candidae; stamina sterilia vix 2 lin. longa. — Species floris magnitudine et forma cum *L. ixioidei* convenit, sed umbella biflora et staminibus sterilibus brevioribus facillime distinguitur.

374. *Cumingia campanulata* Don. Gay VI. p. 131.

Frequens prope Paposo occurrit; incolis papita del campo dicta et bulbis inter esculenta habitus. Ipse bulbos coctos edi et recentes bonos inveni, in posterum diem servati aliquantulum adstringentes et amaruli sunt. Bulbi membrana tenui, fibrosa, cinereo-fusca vestiti, omnino solidi, farinacei, diametri 9—10 lin., 5—6 lin. alti, superius convexi, apicibus duobus centralibus, altero vestigio caulis hornotini notato. Hic prope nihil aliud est, nisi basis incrassata caulis hornotini et radicibus omnino caret. Sub hoc bulbo alius bulbos anni praecedentis, omnino planus, unice centro tenui cum priore connexus, 1—½ lin. crassus, margine radiceulas emittens, demum emarcidit conspicitur. Hic in pagina inferiore cetraceam ostendit locum indicantem, unde cum bulbo anni penultimi junctus erat.

Asteriaceae

Oxychloë *) Ph. nov. gen.

Flores hermaphroditae? Perigonium hexaphyllum, glumaceum, persistens; basi bracteis duabus foliolis perigonii similibus fultum. Stamina...; Ovarium triloculare; placentis centralibus tribus; Ovula plura, biseriata, adscendentia. Stylus brevis distinctus cum stigmatibus tribus erectis persistens. Bacca exsueca in parte superiore durior. — Inspice Tab. VI. fig. C. Plantula magn. naturalis; 1, pedunculus fructifer cum folio vaginante, magn. naturalis; 2, bractea, aliquantulum aucta; 3, fructus cum stylo, aliquantulum auctus; 4, sectio transversa ejus, magis aucta; 5, semina valde aucta.

375. *Oxychloë andina* Ph. O. acaulis, dense caespitosa, glaberrima, foliis erectis, linearibus, semiteretibus, pungentibus, vaginis folia aequantibus; pedunculis unifloris, foliatis, folia aequantibus.

Ad initium vallis Zorras 2494' lat. m. et 10700 p. s. m. inveni et iterum ad Riofrio 24950' lat. m. et 10500 p. s. m.; in utroque loco jam deflorerat.

*) *Oξυς*, acutus, *χλω* gramen.

Caespites magnos, densos, diametri pedalis format. Radix fibrosa, fibris crassis, albidis; vaginae 10—12 lin. longae, latae, pallide fuscae, nitentes; laminae iis aequales. Pedunculi 1—1½ poll. longi, teretes. Bractea ovatae, scariosae, flavescentes, sepals simillimae, inaequales. Sepala ovata, scariosa, nervo mediano distincto, interdum in mucronem excurrente, capsulam arete cingentia. Stamina... Capsula sepals aequalis, coriacea, indehiscens, obovata, rubra, in parte superiore durior, semina numerosa in dissepimentis ad centrum utriusque biserialia, adscendentia, triangularia s. semilunata, angulosa, pallide viridia, apice macula fusca notata. Stigmata persistantia, filiformia, erecta, una cum stylo brevi capsulam aequantia.

Juncaceae.

376. *Juncus deserticola* Ph. J. aphyllus, glaucus; culmo tereti, tenuissime striato; anthera pauciflora; laciniis perigonii exterioribus anguste lanceolatis, rufis, margine scarioso hyalino cinctis, interioribus acutis, aequilongis, fere duplo latioribus, margine scarioso latiore; staminibus sex, inclusis; ovario lanceolato sensim acuminato, stigmatibus exsertis; capsula....

In variis locis deserti e. g. Cachinal de la Sierra 250' lat. m., 7000 p. s. m.; Zorras 2495' lat. m., 9600 p. s. m. etc. occurrit; incolis Cachina, sicut reliquae Junci species. — Culmus 1½—2-pedalis, basi fere 2 lin. crassus; vaginae stramineae supra folio brevi, plano, 9 lin. longo terminatae; spatha culmum terminans 2½—3 pollices longa; antherae rami circa 4, modo ¾ poll. longi, satis crassi; sepala 2½ lin. longa. — A. J. compresso Humb. et Kth. folio vaginam terminante plano, et anthera pauciflora; a J. patente Meyer anthera pauciflora, et capsula — si ab ovario judicari licet — acuminata, neque subglobosa, obtusa differt.

377. *Juncus nitidus* Ph. J. culmo foliato, tereti, glauco; foliis teretibus, haud articulatis, medulla densa farctis; anthera terminali, spiciformi, bractea brevi fulta; glomerulis 2—3-floris, pedicellatis, sepals anguste lanceolatis acutis, extus striatis, centro viridibus, spadiceo limbatis, margine angustissimo, scarioso, hyalino; interioribus paulo latioribus; staminibus sex, brevibus; stylo manifesto, ovarium aequante; stigmatibus duplo longioribus; capsula....

Prope Cachinal de la Sierra legi. — Rhizoma horizontale, crassum. Culmi vix sexpollicares, basi vaginis pallide fuscis dense tecti; foliis culmum subaequantibus; diametere culmi et foliorum ¾ lin. Anthera circa 1½—2½ pollicaris, ter ramificata, primum tripartita, ramis bipartitis, erecta; bractea stramineae basales 3½ lin., sepala 2 lin. longae. — Forma et colore perianthii, staminibus sex brevibus, stylo elongato cum priore convenit, a quo caule foliato, foliis teretibus, anthera terminali etc. summpere diversus est.

375. *Juncus depauperatus* Ph. J. culmo folioso, ramoso, humilimo; foliis filiformibus, planiusculis, convolutis; anthela terminali subtriflora, saepe foliis involucreta; floribus subsessilibus; perigonii foliolis lanceolatis, nervosis, acutis; interioribus parum latioribus, capsulam ovatam, acuminatam haud aequantibus; staminibus sex, perigonium aequantibus; stylo brevissimo.

Inveni ad Cachinal de la Sierra 25° lat. m., 7000 p. s. m., et in valle Sandon 25°4' lat. m., c. 9000 p. s. m. — Tota planta modo 1½ pollicaris; caules filiformes, basi ramosi; folia filiformia, 6—12 lin. longa; vaginae inferiorum albae, hyalinae. Sepala 1¼ lin. longa, pallide rufa, versus apicem subpedicea, margine angusto, scarioso. Anthela interdum subsessilis inter folia recondita, interdum pedunculo nudo, 6 lin. longo insidens.

Cyperaceae.

379. *Cyperus mucronatus* Roth. Gay VI. p. 163.
